17 15 alia noia hoc maxime p:opr:ie noiat deum. vnūq̃q; .n. denoiat̃ a sua forma. Sc̃o ꝓpter eius vniuersalitatem: oia.n. alia noia vel sunt minus cōia vel si ꝓuertant̃ cū ipo tñ addunt aliqua supra ip̃m id min⁹ ſm rōnē. vñ quodā mō informant ⁊ determinant ip̃m: intellectus autem noster nō p̃t ipsam dei essentiam cognoscere in statu vie ſz q̃ in se est. sed quēcūq; modu⁹ ōterminet circa id qđ intelligit deficit a modo qđ deus in se est: ⁊ ideo quāto aliqua nomina sunt minus determinata ⁊ magis ꝓmunia ⁊ absoluta: tanto magis p:opr:ie dicuntur de deo a nobis. vñ ⁊ Dama. dicit q̃ p̃incipalius omnibus que de dō dicuntur nominibus est qui est: totū enim in seipso cōp:ehēdēs velut qōdam pelagus sub̃e infinitum ⁊ indeterminatum quolibet enī alio noie ōterminat̃ aliquis modus substantie rei: sed hoc nomen q est. nullum modū essendi ōterminat: sed se hz indeterminate ad oēs: ⁊ ideo nominat ipsum pelagus substantie infinitum. Tertio vero ex eius significatiōe. significat.n. esse in p̃ti. ⁊ hoc maxime ꝓp:ie dō dicit̃: cuius esse non nouit ꝓteritum vel futurum: vt dicit Aug. in. 5. de trini. ¶Ad primū ergo dicendū: q̃ hoc nomen. qui est. est magis ꝓp:ium nomen dī. q̃z hoc nomen deus q̃tum ad id a quo ip̃onit̃. s. ad esse: ⁊ q̃tum ad mo dum significandi ⁊ ꝓsignificādi: vt dcm̃ est̃: sed q̃tum ad id ad qđ imponit̃ nomē ad significandū est magis ꝓp:ium hoc nomen deus: qđ imponit̃ ad significandū naturā dīnā: ⁊ adhuc magis ꝓp:iū nomen est tetr:agramatō: qđ ē impositū ad significādū ipsam dī subam incōicabilem: vt sic liceat loqui: singularem. ¶Ad 2ᵐ dicendū: q̃ hoc nomē bonum est p:incipale nomen dī inq̃tum est causa. non tñ simplr̃: nam esse absolute p:eintelligitur causat̃. ¶Ad 3ᵐ dicendū: q̃ nō est necessariū q̃ oīa noia divina import:ent habitudinē ad creaturas: sed sufficit q̃ ip̃onant̃ ab aliqb⁹ pfectionibus ꝓcedentibus a deo in creaturas: inter quas p:ima est ipsum esse a qua sumit̃ hoc nomen. qui est.

¶Utrum p:opositiones affirmative possint formari de deo. Articulus. xii.

Ad duodecimum sic ꝓcedit̃. Videtur 79
q̃ p:opositões affirmatiue nō p̃nt formari ō deo. Dicit.n. Dio⁹. 2. c. cel. hierarc. q̃ negatões ō dō sunt vere: affirmatões aūt incōpacte. ¶ Boe. Dicit in li. de tri. q̃ forma simplex subm esse non p̃t: sed deus maxime est forma simplex: vt supra ostensum est̃: ergo non p̃t esse subm. Sed omne illud de quo ꝓpositio affirmatiua firmat̃ accipitur vt subz: ergo de deo p:opositio affirmatiua formari non potest. ¶ Ois intellect⁹ intelligens rem aliter q̃z sit est falsus: sed deus habet esse absq; omni cōpositōe: vt supra pbatum est̃: cū igitur ois intellect⁹ affirmatiu⁹ intelligat aliqd cum cōpositione: videt̃ q̃ p:opositio affirmatiua vere de deo formari non possit. ¶ Sed ⁊ est q̃ fidei nō subest falsum: sed ꝓpositiones quedā affirmatiue subdunt̃ fidei: vt pote q̃ deus est trinus ⁊ vnus: ⁊ q̃ est omnipotēs: ergo ꝓpositiones affirmatiue p̃nt vere formari de dō. ¶ Rſ⁰ dicendum: q̃ ꝓpositiones affirmatiue p̃nt vere formari de deo. Ad cuius euidentiam sciendum est: q̃ in qualibet ꝓpositione affirmatiua vera op;z q̃ p̃dicatum ⁊ subm significent idem ſm rem aliquo modo ⁊ diuersum ſm rōnem. ⁊ hoc p;z tam in ꝓpositiōib⁹ que sunt ō p̃dicato accidentali q̃z in illis que sunt de p̃dicato substantiali. manifestum est. n. q̃ hō ⁊ albus sunt idē subiecto ⁊ differunt rōne. alia. n. est rō hois ⁊ alia rō albi: ⁊ sil̃r cum dico hō est aīal illud. n. ip̃m qđ est hō vere aīal est. in eodem. n. supposito est ⁊ natura sensibilis a qua dr̃ aīal: ⁊ rōnalis a qua dr̃ hō⁹: vñ ⁊ hic etiā p̃dicatū ⁊ subm sunt idem suppposito sed diuersa rōne: sed in ꝓpositionib⁹ in qbus idem p̃dicatur de seipso: hoc aliquo mō inuenitur inq̃tuz intellectus id qđ ponit ex parte subiecti trahit ad ptem suppositi. qđ vo ponit ex parte p̃dicati: trahit ad nām formē in supposito existentis: ſm q̃ dr̃ q̃ p̃dicata tenentur formaliter ⁊ subiecta materialiter. huic vo diuersitati que est ſm rōnē rñdet pluralitas p:edicati ⁊ subiecti. idētitatez vero rei significat intellectus p ipsam cōpōnē: de⁹ aūt in se ꝓfectiss⁹ est omnino vnus ⁊ simplex: sed tñ intellect⁹ noster ſz diuersas cōceptiões ip̃m cognoscit: eo q̃ non p̃t ipsuz vt i seipso est videre: sed tñ q̃uis intelligat ip̃m sub diuersis cōceptiōibus: cognoscit tñ q̃ oībus suis ꝓceptiōib⁹ rñdet vna ⁊ eadem res simplic̃. hāc g⁹ pluralitatē que est ex rōnem repñtat p p̃lalitatē p̃dicati ⁊ subiecti vnitatē vo rep̃sentat intellect⁹ p ꝓpōnē. ¶Ad p̃m g⁹ dicendū q̃ Dio⁹ dicit affirmatões ō deo eē icōpactas vl̃ icōuenictes ſz aliā trā slationē inq̃tū nullū nomē deo ꝓpetit ſm modū significandi vt supra dictū ē. ¶Ad 2ᵐ dicendū. q̃ intellect⁹ noster ñ p̃t formas simplices subsistentes ſm q̃ in seipsis sunt cō phendere sed ap̃phendit eas ſm modū ꝓpositoz in q̃b⁹ est aliqd qđ subiicit. ⁊ est aliqd qđ ineſt. ⁊ ideo ap̃hēdit formam simplicem in rōne subiecti ⁊ attribuit ei aliquid. ¶Ad 3ᵐ dicēdū q̃ hec ꝓpositio. intellect⁹ intelligēs rem alr̃ q̃z sit est duplex ex eo q̃ hoc aduerbiū alr̃ ꝓt determi-

nare hoc verbum intelligit ex parte intellecti vel ex pte i
telligentis: si ex parte intellecti sic ꝓpō vera est: ⁊ est sen
sus. quicūq; intellectus intelligit rem esse aliter q̄ sit falsus ē
sed hoc non habet locum in p:posito: q: intellectus no
ster formans p:opōnem de deo: non dicit eum esse cōpo
situm sed simplicem: si vō ex parte intelligentis sic ꝓpo
sitō falsa est. alius est. n. modus intellectus intelligendo q̄
rei in essendo: manifestum est. n. q intellectus noster res
māles infra se exīstes intelligit imāliter: nō q itelligat eas
esse imateriales: sed hz modum imaterialem in intelligen
do: ⁊ silr cum intelligit simplicia que sunt supra se, intelligit
ea ſm modum suum. s. composite: nō tamen ita q intelli
gat ea esse composita: ⁊ sic intellectus noster non est falsus
formans cōpositionem de deo.

¶ De scientia dei. Questio. .xiiii.

Post consideratione eorum que ad diuinam substantiam: per
tinēt: restat considerandum de his que pertinēt ad operationē ipsius: ⁊ q: ope
ratio q̄dam est que manet in operante quedam vō que p:ocedit in exterio: ez
effectum. p° agemus de scientia ⁊ volū
tate nam intelligere intelligente est: ⁊ velle i volēte: ⁊ post
modum de potentia dei que consideratur vt p:iciz ope
rationis diuine in effectum exteriorē p:ocedentis: q: vō i
telligere q̄dam viuere est: post consideratione diuine
scientie considerandum est de vita diuina. Et q: scīctia ve
te. Rursum q: omne cognitū in cognoscente est: rationes
aūt rerum ſm q sunt in deo cognoscente idee vocantur
cum consideratione scientie erit etiam adiungenda con
sideratio de ideis. ¶ Circa scientiam vero queruntur. 16.
p° vtrum in deo sit scientia. 2°. vtrum deus intelligat se ip
sum. 3°. vtrum comp:ehendat se. 4°. vtrum suum intelli
gere sit sua substantia. 5°. vtruz intelligat alia a se. 6°. vtrū
habeat de eis p:op:iam cognitionem. 7°. vtrū scientia dei
sit discursiua. 8°. vtrum scientia dei sit causa rerum. 9°. vtr
scientia dei sit eorum q̄ non sunt. 10°. vtr sit maloꝝ. ij°. vtr
sit singulariū. 12°. vtrum sit infinitoꝝ. 13°. vtruz sit cō
tingentium futuroꝝ. 14°. vtrum sit enūciabiliuz. 15°. vtr
scientia dei sit variabilis. 16°. vtrum deus de rebus habe
at speculatiuam scientiam vel praticam.

¶ Utrz in deo sit scientia. Articulus. .i.

80 Ad primum sic p:oceditur. Uidetur q ī deo
non sit scientia: Scientia. n. ha
bitus est qui deo non cōpetit: cū sit medius inter potenti
am ⁊ actum: ergo scientia non est in deo. ¶ P̄: Scia cuz
sit conclusionum est quedam cognitio ab alio causata. s. ex
cognitione p:incipioꝝ: sed nihil causatum in deo est g°
scientia non est in deo. ¶ P̄. Omnis scientia vel vniuersa
lis vel particularis est: sed in deo non est vl'e ⁊ particulare
18 vt ex superioꝝbus p̄z. ergo in deo non est scientia: ¶ Sz
76 ꝺ̄ est qđ aplꝰ dicit Ro. ij. O latitudo diuitiaꝝ sapientie: ⁊
b scientie dei. Rñ° dīm: q in deo perfectissime est scientia.
Ad cuius euidentiam considerandum est q cognoscentia
a nō cognoscentibus in hoc distinguntur: q: non cognoscē
tia nihil habit nisi formā suā tantum: sed cognoscens natum
est habere formā etiam rei alterius: nam spēs cogniti est i
cognoscente: vnde manifestum est q nā rei non cognoscē
tis est magis coartata ⁊ limitata: natura autem rerum co
gnoscentium hz maiorem amplitudinem ⁊ extensionem
propter hoc dicit pbus. 3. de anima: q anima est quodā
modo omnia: coartatio aūt forme est per materiam: vnde
⁊ supra diximus q forme scōm q sunt magis imateria
35 les: scōm hoc magis accedunt ad quādā infinitatem: pz
2 b igitur q imaterialitas alicuius rei est ratio q sit cognoscibi
36 lis: ⁊ ſm modum imaterialitatis est modus cognitionis
417 vnde in. 2. de anima dicitur q plante non cognoscunt p:o
pter suā imaterialitatem. Sensus enim cognoscitiuus est
q: receptiuus est specierum sine materia: ⁊ intellectus ad
hoc magis cognoscitiuꝰ: q: magis seperatꝰ est a materia
⁊ imixtus: vt dī in. 3. de anima. vnde cuz deus sit i sūmo
imaterialitatis: vt ex superioꝝbus p̄z: sequit q ipe sit in 35
summo cognitionis. ¶ Ad primuz ergo dicendum: q q: 15
perfectiones p:ocedentes a deo in creaturas altiori mo
do sunt in deo: vt supra dictum est: opz q q̄ndocunq; no 24
men sumptū a q̄cunq; perfectione creature deo attribuit 34
secludatur ab eius significatione omne illud q pertinet 23
ad imperfectum modum qui competit creature. vñ scīē
tia non est q̄litas in deo vel habitus: sed substantia: ⁊ actꝰ
purus. ¶ Ad 2m dīm: q ea que sunt diuisim ⁊ māliter
in creaturis in deo sunt simpliciter ⁊ vnite: vt supra dictū
est: hō ät scōz diuersa cognita: hz diuersas cognitiones nā 33
scōm q cognoscit pncipia dī hbe itelligentiā: ⁊ scientiā vo 71
ſm q cognoscit cōclusiones. sapientiam ſm q cognoscit 72
causam altissimam: consilium vel p:udentiam ſm q co
gnoscit agibilia: sed hec oīa deus vna ⁊ simplici cognitio
ne cognoscit: vt infra patebit. vnde simplex dei cognitio 86
omnibus istis nominibus nominari pōt: ita tñ q ab vno
quoq; eoꝝ ſm q in diuinam p:edicationem venit seclu
datur q̄quid imperfectionis est: ⁊ retineatur quicqd per
fectionis est: ⁊ ſm hoc dī Job. 12. Apud ipsum est sapiē
tia ⁊ fortitudo ipse habet consilium ⁊ intelligentiā. ¶ Ad
3m dīm: q scientia est ſm modum cognoscentis. scitum
enim est in sciente ſm modum scientis: ⁊ ideo cum mo 66
duz diuine essentie sit altior quā modus quo creature sūt
scientia diuina non hz modū create scientie. vt. s. sit vniuer
salis vel particularis vel in habitu vel in potentia: vel ſm
aliquem talem modum dispositā.

¶ Utrum deus intelligat se. Articulus: ij.

Ad secundum sic p:oceditur. Uidet q deꝰ
non intelligat se. dī. n. in liº
de causis. q omnis sciens qui scit suaz essentiam rediens 81
ad essentiam suam reditione completa: sed deus non exit
extra essentiam suam: nec aliquo modo monetur: ⁊ sic nō
competit sibi redire ad essentiam suam. gº ipse non est sci
ens essentiam suam. ¶ P̄. Intelligere est quoddā pati ⁊
moueri: vt dī in. 3°. de anima: scia est etiam assimilatio ad
rem scitam: ⁊ scitum etiam est perfectio scientis: sed nihil
mouetur vel patitur vel perficitur a se ipso: neq; similitu
do sibi ipsi est: vt hilarius dicit. gº deus nō est sciens se ip
sum. ¶ P̄: Recipue deo sumus similes ſm intellectuz
q: ſm mentem sumus ad imaginem dei: vt dicit Augu.
sed intellectus noster non intelligit se: nisi sicut intelligit
alia vt dī in. 3. de anima. ergo deus non itelligit se nisi for
te intelligendo alia. ¶ Sed ꝺ̄ est q dī. 1. ad Cor. ij. Que
sunt dei nemo nouit nisi spūs dei: ¶ Rñ° dīm: q deus
se per se ipsum intelligit. Ad cuius euidentiam sciendum
est q hz in operationibus que transeunt in exteriorem ef
fectum: obm operationis q̄ significatur vt terminus sit
aliquid extra operātem: tamē i operatiōib' que sūt i opā
te obiectum: q̄ significatur vt terminus opatiōis est i ip
so operāte: ⁊ ſm q i eo sic est operatio i actu vñ dī i liº.
de aīa. q sensibile i actu est sensus in actu. ⁊ intelligibile i
actu est intellectus in actu: ex hoc. n. aliquid i actu senti
mus vel intelligimus q intellectus noster vel sensus iſer b
matur i actu per speciē sensibilis vel itelligibilis: ⁊ hz hoc 280
tñ sensus vel intellectus aliud est a sensibili vel itelligibili:
q: vtrūq; est i potētia. cum igitur deus nihil potētialitatis
habeat sed sit actus purus oz q in eo intellect⁹ ⁊ itellectuz
sint idem omnibus modis: ita. s. vt neq; careat specie itel
lectus noster cum itelligit i potētia neq; species itelligibi
lis sit aliud a suba intellectus diuini: sicut accidit i intellectu
nostro cum est actu intelligens sed ipsa species itelligibilis
est ipse itellectus diuinus: ⁊ sic se ipsum per se ipsum itel
ligit. ¶ Ad p̄m ergo dīm: q redire ad essentiam suaz ni
hil aliud est q̄ rem subsistere i se ipsa. sofa. n. inq̄tū pficit
materiam dando ei esse quodāmodo supra ipsam effun
ditur: inq̄tum vō i se ipsa hz esse in se ipsam redit. virtu
tes igitur cognoscitiue q̄ non sunt subsistentes: sed actꝰ ali
quorum organorum nō cognoscunt se ipsas: sicut pz i sin
gulis sensibus: sed virtutes cognoscitiue per se subsisten
tes cognoscūt se ipsas: ⁊ ꝓpter hoc dicitur i liº de causis
q sciens essentiam suam redit ad essentiam suam. per se

aut subsistere maxime cōuenit deo. vñ ꝫ hūc mōꝫ loquē
di ipse ē maxie rediēs ad eēntiā suā ⁊ cognoscēs seipsuꝫ.
c ¶ Ad 2m dōꝫ. qꝫ moueri ⁊ pati sumūtur equoce ſm qꝫ i
283 telligere dr̄ eē qōdam moueri vel patiē: vt dr̄ in. 3. de aia
485 nō. n. itelligere ē motus q ē actus ipfecti: q ē ab alio ī aliō.
c ſꝫ actꝰ pfecti existēs ī ipso agēteē: silr̄ etiā qꝫ itellectus pfi
304 ciaē ab itelligibili. vel assimileē ei hoc ꝙuenit itellectui qui
qñqꝫ est ī potētia: q: p hoc qꝫ ē ī potētia differt ab intelligi
bili ⁊ assimilaē ei per speciē itelligibilē q̄ est similitudo rei
intellecte: ⁊ pficit̄ per ipsam sicut potētia p actū: ſꝫ intelle
ctus diuinus qui nullo modo ē ī potētia nō pficitur p itelli
gibile neqꝫ assimilaē ei: ſꝫ est sua pfectio ⁊ suū intelligere.
¶ Ad 3m dōm: qꝫ eē näle nō est materie p̄me q̄ ē in po
tentia nisi scōm qꝫ est reducta in actū p formā. itellectus
aūt noster possibilis se hꝫ in ordine intelligibiliū sicut ma
teria p̄ma in ordine rerꝫ nälīū. eo qꝫ ē in potentia ad intel
ligibilia: sicut mä p̄ma ad nälia. vñ intellectus noster pos
sibilis non potest hīe itelligibilē operatiōnē: nisi iq̄ztū pfi
citur p speciem intelligibilē alicuius: ⁊ sic intelligit se ipsuꝫ
4 6 per speciem intelligibilē: sicut ⁊ alia. ¶ Manifestum est aūt
d qꝫ ex eo qꝫ cognoscit intelligibile intelligit ipsum suū intelli
370 gere: ⁊ per actum cognoscit potentiam intellectiuā: deus
aūt est sicut actus purus tā in ordine existētiuꝫ q̄z in ordie
intelligibiliuꝫ: ⁊ ideo per se ipsuꝫ intelligit.

¶ Utrum deus cōp̄ehendat se ipsum. Arti. iii.

72 **Ad tertium** sic p̄cedit̄. Ur̄ qꝫ deus non com
p̄ehēdat se ipsuꝫ. Dicit. n. Aug.
li°83. qōnuꝫ: qꝫ id qꝫ p̄ꝫehendit se finitū est sibi: ſꝫ deus ē
oībus modis infinitus: gº nō cōp̄ehēdit se. Sī dicaē qꝫ ī
finitus est nobis ſꝫ sibi finitus. Contra: verius ē vnū qōqꝫ
ſm qꝫ est apud deū: q̄z ſm qꝫ est apud nos. Si igit̄ deus
sibi ipsi est finitus nobis aūt infinitus: verius ē deū eē fini
85 tum q̄z infinitum. qō est cōtra p̄ius determinataē: nō gº
deus ꝙphēdit seipsuꝫ. ¶ Sed ꝫ ē qō Aug. dicit ibidem.
Oē qō intelligit se ꝙphēdit se ſꝫ deꝰ itelligit se: gº cogno
scit se. ¶ Rº dōꝫ: qō deꝰ pfecte ꝙphēdit seipsū qō sic p̄ꝫ:
tūc. n. dicit̄ aliqd cōp̄ehendi qñ ꝙuenitur ad finē cognitio
nis ipsius: ⁊ hoc est qñ res cognoscitur ita pfecte sicut co
gnoscibilis esteē: sicut ꝓpositiō demōstrabilis cōp̄ehēdit̄
61 qñ scitur per demonstratiōnē: nō aūt qñ cognoscit̄ p ali
quā rōnē ꝓbabilē. Manifestū est aūt qꝫ deꝰ ita pfecte co
gnoscit seipsuꝫ: sicut pfecte cognoscibilis est. est. n. vnūqō
qꝫ cognoscibile ſm modū suī actuseē: nō. n. cognoscit̄ ali
55 qd̄ secūdum qꝫ in potētia ē ſꝫ ſm qꝫ est in actu: vt dicit̄ in.
81 9. metaphy. tanta est aūt virtus dei in cognoscendo: q̄ztā
est actualitas eius in existendo: q: per hoc qꝫ actu est ⁊ ab
omni materia ⁊ potentia seperatus est deus cognoscitiu
uꝰ: vt oīsum ē: vñ manifestū est qꝫ tātū seipsuꝫ cogno
80 scit q̄ztū cognoscibilis ē: ⁊ p̄opter hoc seipsuꝫ perfecte cō
p̄ehēdit. ¶ Ad p̄imū ergo dicēdū qꝫ ꝙphēdere si pro
prie accipiat̄ significat aliquid hās ⁊ includēs altex: ⁊ sic
opꝫ qꝫ oē ꝙp̄ehēsum sit finitū sicut oē iclusumē: ¶ nō sic aūt
a 61 ꝙp[illegible] dr̄ deus a seipso: vt itellectus suus sit aliud q̄z
ipse: ⁊ capiat ipsum vt icludat: ſꝫ hmōi locutiones p nega
tionem sunt exponende: sicut enim deus dicitur esse in se
ipso: q: a nullo exteriori cōtinetur: ita dicitur cōp̄ehēdi a
seipso: q: nihil est sui qō lateat ipm. Dicit. n. Aug. in li. de
videndo deū: qꝫ totū ꝙp̄ehenditur videndo: qꝫ ita videē: vt
nihil eius lateat videntē. ¶ Ad 2m dōm. qꝫ cū dr̄ deus fi
nitus est sibi intelligēdo est scōm q̄z dā similitudinē ꝓpor
tionis q: sic se hꝫ in nō excedēdo intellectū suū: sicut se hꝫ
aliquod finitū in non excedendo intellectū finitū: nō aūtez
sic dr̄ deus sibi finitꝰ qꝫ ipse itelligat se eē aliqd finitū.

¶ Utrum ipsum itelligere dei sit eiꝰ subba. Arti. iiii.

83 **Ad quartū** sic p̄cedit̄. Uideē qꝫ ipsum itel
ligere dei non sit eius suba. Intel
ligere. n. est q̄daꝫ opatio. Operatio aūt aliqd significat p̄
cedens ab operante. ergo ipsum intelligere dei non ē ipa
suba. ¶ Ꝑ: Cū aliquis intelligit se intelligere hoc non est ī
telligere aliquid magnū vel p̄ncipale intellectuꝫ: sed intel
ligere qōdā secundariū ⁊ accessoriū: si igitur deus sit ipm
intelligere: intelligere deuꝫ erit sicut cū intelligimus intel
ligere: ⁊ sic nō erit aliqd magnū itelligere deū. ¶ Ꝑ. Oē
intelligere est aliqd itelligere: cū ergo deus intelligit se: si
ipsemet nō est aliud q̄z suū intelligere: in elligit se intellige
re: ⁊ itelligere se itelligere se: ⁊ sic ī infinitū nō ergo ipsum
intelligere dei est eius suba. ¶ Sed cōtra est qō diē Au.
li. 7. de tri. deo hoc est esse qō sapientē esse. hoc aūt est sa
pietē esse: qō intelligere. gº deo hoc est esse qō intelligere 17
sed esse dei est eius suba: vt supra oñsuꝫ esteē: ergo intellige
reē: dei est eius suba. ¶ Rñº. dicendū qō est necesse dice
re qꝫ intelligere dei est eius suba. nam si intelligere dei sit
aliud q̄z eius subsstantia oporteret: vt dicit philosophus
in scōo meta. qꝫ aliquid aliud esset actus ⁊ perfectio sub
stantie diuine: ad quod se haberet substantia diuina sicut
potentia ad actum: quod est oīmno impossibile. nam
itelligere ē perfectio ⁊ actus intelligentis. hoc aūt qualiter 18
sit cōsiderandū est sicut enim supra dictum est: intelligere
nō est actio ꝓgrediens ad aliquid extrinsecū: sed manet ī
operāte sicut actus ⁊ perfectio eius: put esse est perfectio
existētis. sicut enim esse cōsequitur formā: ita intelligere se
quitur speciē intelligibilē. In deo aūt nō est forma que sit 16
aliud q̄z suum esse: vt supra oñsum esteē: vñ cum ipsa sua 17
essentia sit eius spēs intelligibilis: vt dictū ē: ex necessitate 20
sequitur qꝫ ipsuꝫ eius intelligere sit eius essentia ⁊ eius eē 81
⁊ sic pz ex oībꝰ p̄missis: qꝫ in deo intellectus intelligens 0
⁊ id qō intelligitur: ⁊ spēs itelligibilis ⁊ ipsuꝫ intelligere
sunt oīo vnū ⁊ idē: vnde patet p hoc qꝫ deus dicitur intel
ligens nulla multiplicitas ponit̄ in eius suba. ¶ Ad p̄m er
go dōm: qꝫ intelligere nō est opatio exiēs ab ipso operāte
sed manēs in ipso. ¶ Ad 2m dōm qꝫ cuꝫ intelligit̄ illud in
telligere qō nō ē subsistēs: nō intelligit̄ aliquid magnū: si
cut cū itelligimꝰ intelligere nr̄z ⁊ ideo nō ē simile de ipso
intelligere diuino qꝫ ē subsistēs. ⁊ p hoc pz rñsio ad tertiū
¶ Nāā itelligere diuinū qō ē ī seipso subsistēs ē sui ipsius: ⁊ ſ
alicuius alterius ē vt sic oporteat p̄cedere i infinitum.

¶ Utruꝫ deus cognoscat alia a se. Articulus. v.

Ad quintuꝫ sic p̄cedit̄. Uideē qꝫ ꝺus nō co
gnoscat alia a se. quecūqꝫ enim sunt
alia a deo sunt extra ipsuꝫ: sed Aug. dicit li. 12. 83. questio
num: qꝫ neqꝫ quicq̄z deus extra seipsum intueē: ergo non
cognoscit alia a se. ¶ Ꝑ. Intellectum est perfectio intelli
gētis. si ergo deus intelligat alia a se aliquid aliud erit per
fectio dei ⁊ nobiliꝰ ipso qꝫ ē impossibile. ¶ Ꝑ. Ipm itellige
re spetiez hꝫ ab itelligibili: sicut ⁊ oīs aliꝰ actus a suo obie
cto: vnde ⁊ ipsum intelligere tanto est nobilius quan 83
to etiam nobilius est ipsum qꝫ intelligitur. sed deus est
ipm suū itelligere: vt ex dictis pateē: si igit̄ deus intelligit
aliqd aliud a se: ipse ꝺus specificabit̄ p aliqd aliud a se: qō
est impossibile: nō igit̄ intelligit alia a se. ¶ Sed cōtra est
qō dr̄ heb. 4. Oīa nuda ⁊ apta sūt oculis eius. ¶ Rñº. 82
dōm. qꝫ necesse. est ꝺus cognoscere alia a se: manifestum
est. n. qꝫ seipsum perfecte intelligiteē: aliogn suū eē nō esset
pfectū cū suū eē sit suū itelligere: si aūt pfecte aliqd cogno
scitur: necesse est qꝫ virtus eius perfecte cognoscat: virtꝰ
autez alicuius rei perfecte cognosci nō pōt nisi cognoscan
tur ea ad q̄ virtus se extēditē. vnde cū virtus diuina se ex 90
tendat ad alia eo qꝫ ipsa est p̄ima cā effectiua oīuꝫ entium
vt ex supradictis pzē: necesse est qꝫ deus alia a se cognoscat 13
⁊ hoc ēt euidētius fit si adūgatur qꝫ ipsuꝫ esse cāe agentis
p̄me. ſ. dei est eius intelligere. vnde qcūqꝫ effectus peri
stunt in deo sicut in cā p̄ima: necesse ē qꝫ sint in ipo eius itel
ligere ⁊ qꝫ oīa in eo sint ſm modū itelligibilez: nā oē qō ē
in altero est ī eo ſꝫ modū eius in quo est. ¶ Ad sciendū
autem qualiter alia a se cognoscat: cōsideradum est qꝫ du
pliciter aliquid cognoscitureē. Uno modo in seipo: alio mo 63
do ī altero. in seipso: quidem cognoscitur aliquid quando
cognoscitur per spēz p̄priā adequatā ipsi cognoscibili: sic
cū oculus videt hominē p spēm hois. In alio aūt videtur
id qō videtur p spēm cōtinētis: sicut cū pars videt in toto
per spēm totius: vel cū homo videt in speculo per spēm
speculi vel quocūqz alio modo ꝙtingat aliquid in alio vide
ri. ¶ Sic igitur dōm: est qꝫ ꝺus seipsuꝫ uidet in seipso: q:
seipsum uidet per essentiaz suā: alia aūt a se uidet nō i ipis

sed in seipso inquantū essentia sua ptinet ad similitudinē aliox ab ipso. ¶ Ad pm ergo dom: q vbuz Aug. dicētis q de9 nihil extra se intuet nō est sic intelligēdum: q̄si nihil qō sit extra seipsum vt dictum est. ¶ Ad 2m dom: q intellectū est perfectio intelligentis non quidē sm suā substantiā: se sm suā speciem: sm quā est in intellectu: vt forma et perfectio eius: sicut lapis. n. non est in aīa: sed spēs eius: vt dr in. 3. de aīa. Ea vero que sunt alia a deo intelligunt a deo inquantū essentia dei continet spēs eoz: vt dictum est: vnde nō sequit q aliquid aliud sit pfectio diuini intellectus q̄ ipsa essentia dei. ¶ Ad 3m dom: q ipm intelligere non specificatur per id quod in alio intelligit sed per principale intellectum in quo alia intelligunt. In tantum. n. ipm intelligere specificat per ordinem suum inquantū forma intelligibilis est principium intellectualis operationis: nā oīs operatio specificat p formam que est principium operationis: sicut calefactio p calorē. Unde per illā formā intelligibilem specificat intellectualis operatio: que facit intellectū in actu: et hec est spēs principalis intellecti: que in deo nihil est aliud q̄ essentia sua: in qua oēs species rerum comprehenduntur. Unde nō opz q ipsū intelligere diuinum: vel potius ipse deus specificetur per aliud q̄ per essentiam diuinam.

¶ Utrum deus cognoscat alia a se propria cognitione.

Articulus. vij.

Ad sextū sic procedit. Videt q deus nō cognoscat alia a se propria cognitione. sicut enī sed alia ab eo sunt in ipso sicut in prima cā cōi et vniuersali ergo alia cognoscunt a deo sicut a causa prima et vniuersali: hoc aūt est cognoscere in vniuersali et nō sm propriā cognitionē: ergo deus cognoscit alia a se in vniuersali et nō sm propriā cognitionē. ¶ Ꝑ. Quantū distat essentia creature ab essentia diuina tantum distat essentia diuina ab essentia creature: sed per essentiā creature nō potest cognosci essentia diuina: vt supra dictū est: ergo nec per essentiam diuinam potest cognosci essentia creature: et sic cuz deus nihil cognoscat: nisi per essentiam suaz: sequitur q nō cognoscat creaturam secundū eius essentiam: vt cognoscat de ea. qd est. quod est propriā cognitionē de re habere. ¶ Ꝑ. Ppria cognitio nō habetur de re: nisi per propriā eius rationem: sed cū deus cognoscit oīa per essentiam suam nō videtur quod vnūquodq per propriam rationē cognoscat. Idē enim non pōt esse ppria ratio multoz et diuersoruz: nō ergo hz propriā cognitionē deus de rebus: sed cōem. nā cognoscere res nō sm ppriā rōnez est cognoscere res solū in cōi. ¶ Sed ꝰ hre propriā cognitionē de rebus est cognoscere res nō solum in cōi: sed sm q sunt abinuicē distincte: sic enī deus cognoscit res. vñ dr heb. 4. q ptingit vsq ad diuisionē spūs et aīe: cōpagum quoq et medularum et discretor cogitationū et intentionum cordis et nō est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius. ¶ Rñ dom: q circa hoc qdam errauerūt dicentes: q deus alia a se nō cognoscit nisi in cōi. i. inquantuz sunt entia: sicut enim ignis si cognosceret seipsum vt ē principium caloris: cognosceret naturā caloris et oīa alia inquantuz sunt calida: ita deus inquantū cognoscit se: vt principiū essendi cognoscit naturaz entis et oīa alia inquantum sunt entia: sed hoc non pōt esse nam intelligere aliquid in cōi et non in speciali est imperfecte aliqd cognoscere. Unde intellectus noster dum de potentia in actū reducitur pertingit prius ad cognitionez vniuersalem et confusam de rebus q̄ ad propriā rerū cognitionez sicut de imperfecto ad perfectū procedens: vt pz in. i. phyſicorum. Si igitur cognitio dei de rebus alijs a se esset in vniuersali tm et in speciali sequeret q eius intellige re non esset oībus modis perfectū: et per consequens ei? esse: quod est cōtra ea que superius ostensa sunt: opz igit dicere q alia a se cognoscat propria cognitione nō soluz secundum q cōmunicant in ratione entis: sed sm q vnum ab alio distinguitur. Et ad huius euidentiā considerandū est q quidam volētes ostendere q deus per vnū cognoscit multa vtuntur quibusdā exemplis: vtputa q si centrū cognosceret seipsuz cognosceret oēs lineas progredientes a cētro vel lux si cognosceret seipsam cognosceret oēs colores. Sed hec exemplaz quātuz ad aliquid similia sunt. s. quātum ad vniuersalem causalitatē: tm deficiunt quantum ad hoc q multitudo et diuersitas nō causantur ab illo vno principio vniuersali quātum ad id quod principium distinctionis est: sed solum quātum ad id in quo cōicant. non. n. diuersitas colorīs causatur ex luce soluz: sed ex diuersa dispositione diaphani recipientis: et similiter diuersitas linearum ex diuerso situ: et inde est q huiusmodi diuersitas et multitudo nō potest cognosci in suo principio sm propriaz cognitionē: sed solum in cōmuni: sed in deo nō sic est. supra enim ostensum est: qō quicquid pfectionis est in quacūq creatura totum pexistit et continetur in deo sm moduz excellentē. non solum aūt id in quo creature cōmunicāt. s. ipz esse ad perfectionem pertinet: sed etiā ea per que creature ad inuicem distinguūtur: sicut viuere et intelligere et huiusmodi: quibus viuētia a nō viuentibus: et intelligētia a nō intelligētibus distinguūtur: et oīs forma per quam quelibet res in propria spē cōstituitur perfectio quedaz est: et sic oīa in deo pexistunt: nō solum quātum ad id quod commune est oībus: sed etiā quātum ad ea secūdum que res distinguuntur: et sic cum deus in se oēs perfectiones contineat: comparatur dei essentia ad oēs rerum essentias: non sicut commune ad propria: vt vnitas ad numeros: vel cētrū ad lineas: sed sicut perfectus actus ad iperfectos: vt sic dicerem: homo ad animal: vel senarius: qui est numerus perfectus: ad imperfectos sub ipso cōtentos. ¶ Manifestuz est autem q per actum perfectū cognosci possunt actus imperfecti nō solum inicōmuni: sed etiam propria cognitione: sicut qui cognoscit hominē cognoscit animal propria cognitione: et qui cognoscit senarium cognoscit trinariuz propria cognitione. Sic igitur cū essentia dei habeat in se quicquid perfectionis hz essentia cuiuscūq rei alterius: et adhuc amplius: deus in seipso potest omnia ppria cognitione cognoscere. propria. n. natura vniuscuiusq cōsistit secūdum q p aliquem modū diuinam perfectionē participat. ¶ Non aut e deus perfecte seipsum cognosceret: nisi cognosceret quomodocūq participabilis est ab alijs sua perfectio: nec etiā ipsaz naturā essendi perfecte sciret: nisi cognosceret omnes modos essendi. vnde manifestū est q deus cognoscit omnes res propria cognitione secūdum q ab alijs distinguūtur. ¶ Ad primū ergo dōz: q sic cognoscere aliquid: sicut in cognoscēte est potest dupliciter intelligi. Uno modo hz q hoc aduerbium sic importat modū cognitionis ex parte rei cognite: et sic falsum est: nō enim semper cognoscēs cognoscit cognitum sm illud esse quod habet in cognoscēte. oculus enim nō cognoscit lapidē sm esse quod hz in oculo: sed per speciē lapidis quam habet in se cognoscit lapidē sm esse: quod habet extra oculū: et si aliquis cognoscēs cognoscit cognitum sm esse quod habet in cognoscēte: nihilominus cognoscit ipsum hz esse quod habet extra cognoscentem: sicut intellectus cognoscit lapidē sm esse intelligibile: quod habet in intellectu inquātum cognoscit se intelligere: sed nihilominus cognoscit esse lapidem in propria natura. Si vo intelligatur sm q hoc aduerbium sic importat modum ex parte cognoscentis: verum est q sic solum cognoscēs cognoscit cognitum sm q est in cognoscente: quātō perfectius est cognitum in cognoscēte: tanto perfectio: est modus cognitionis. ¶ Sic igitur dicendum est q deus nō solum cognoscit res esse in seipso sed per id quod in seipso continet res cognoscit eas in propria natura: et tāto perfectius quāto perfectius est vnum quodq in ipso. ¶ Ad secundum dicēdum: q essentia creature comparatur ad essentiam dei: vt actus imperfectus ad perfectum: et ideo essentia creature nō sufficienter ducit in cognitionez essentie divine sed econuerso. ¶ Ad tertium dicendum: q idem non potest accipi: vt ratio diuersorum per modū adequationis: sed divina essentia est aliquid excedens omnes creaturas: vnde potest accipi vt propria ratio vniuscuiusq sm q diuersimode est participabilis vel imitabilis a diuersis creaturis.

c 282 b

¶ Utrum scientia dei sit discursiua. Articulus vij.

86 **Ad septimū** sic ꝓcedit. Videt᷑ ꝙ scientia dei sit discursiua. Sciēt̄ia enī dei nō
84 est fm scire in habitu: sed fm philosophū in. 2. topi. scire ī habitu cōtingit multa simul: sed itelligere actu vnū tantū. cum ergo deus multa cognoscat: q; ⁊ se ⁊ alia: vt ostēsū
85 est[c]. Videtur ꝙ nō simul oīa intelligat: sed de vno in aliud discurrat. ¶ Ꝑ. Cognoscere effectū per causaʒ est scire discurrentis: sed deus cognoscit alia per seipsuʒ sicut effectuʒ per causaʒ. ergo cognitio sua est discursiua. ¶ Ꝑ. ꝟsperse/ctius deus scit vnāquāq; creaturam q̄ nos sciamus: sed nos in causis creatis cognoscimus earuʒ effectus: ⁊ sic de causis ad causata discurrimus. ergo vide᷑ similiter esse in deo. ¶ Sed cōtra est ꝙ Aug. dicit in. 3. de tri. Dō de⁹ nō particulatim vel figillatim oīa videt velut alternāte conce ptu hinc illuc ide huc: sed oīa videt simul. ¶ ℟ñ⁹ dōz: ꝙ in sciētia diuina nullus est discursus: quod sic pz. Jn scīa enim nostra duplex est discursus: vnus scōm successionez tū: sicut cum postq̄ intelligimus aliqd in actu quertimus nos ad intelligēdum aliud. alius discursus est secūduʒ cau salitatem sicut cū per principia peruenimus in cognitionē cōclusionum. primus antē discursus deo cōuenire nō pōt. Multa enim que successiue intelligimus si vnumquodq; eoz in seipso cōsideretur omnia simul itelligi mus: si in ali/
64 quo vno ea intelligamus[c]: puta si partes intelligamus ī to
292 to vel si diuersas res videamus in speculo. deus autez oīa
427 videt in vno quod est ipse vt habitū est[c]: vnde simul ⁊ nō
84 successiue omnia videt: similiter etiaʒ ⁊ secūdus discursus deo competere nō potest. primo quidē: q; secūdus discur sus presupponit primum: procedētes enim a principijs ad cōclusiones non simul vtrūq; cōsideraṁt: deinde q; discur sus talis est procedētis de noto ad ignotum. vñ manifestū est ꝙ quādo cognoscitur primum adhuc ignoratur secun/dum: ⁊ sic secūdū nō cognoscitur in primo: sed ex primo. Tertius vo discursus est quādo secūdum videtur in pri/
119 mo resolutis effectibus in causas: ⁊ tūc cessat discursus[c]:
o vnde cum deus effectus suos in seipso videat sicut in cau/
84 sa: eius cognitio nō est discursiua. ¶ Ad primum ergo di/cendum: ꝙ ꝫ sit vnum tātum itelligere in seipso: tamē cō/
85 tingit multa intelligere in aliquo vno vt dictum est. ¶ Ad 2ᵐ dōz: ꝙ deus nō cognoscit effectum per causam: sed co
o gnoscit effectum in causa. Vel sic dicēdum est ꝙ deus nō cognoscit per causam quasi prius cognitam effectus inco/gnitos: sed eos cognoscit in causa. vnde eius cognitio est si
193 ne discursu: vt dictum est[c]. ¶ Ad tertium dōm: ꝙ effect⁹ causarum creatarum: videt quidē deus in ipsis causis mul to melius q̄ nos: nō tamen ita ꝙ cognitio effectuū causet
119 in ipso ex cognitione causarum creatarum sicut in nobis[c]: vnde eius scientia nō est discursiua.

¶ Utrū sciētia dei sit causa rex. Articulus. viij.

87 **Ad octauū** sic ꝓcedit. Videtur ꝙ sciētia dei nō sit causa rerum. dicit enim Ori ge. super epistolam ad ℟o. Mō ꝓpterea aliquid erit q; id scit deus futurum: sed q; futurū est: ideo scitur a deo an teq̄ fiat. ¶ Ꝑ. Posita causa ponitur effectus: sed scientia dei est eterna. si ergo sciētia dei est causa rerum creatarum: videtur ꝙ creature sint ab eterno. ¶ Ꝑ. Scibile est prius sciētia ⁊ mēsura eius vt dicitur in decimo metaphy. sed id quod est posterius ⁊ mensuratum nō potest esse causa: er go sciētia dei non est causa rerum. ¶ Sed contra est quod dicit Augu. 5. de tri. Uniuersas creaturas ⁊ spirituales ⁊ co/porales nō quia sunt ideo nouit deus: sed ideo sūt quia nouit. ¶ ℟espōdeo dicēdum ꝙ sciētia dei est causa rerū: sic enim sciētia dei se habet ad omnes res creatas: sicut sciē tia artificis se habet ad artificiata: scientia autem artificis ē causa artificiatorum eo ꝙ artifex operatur per suum intel/lectum. vnde oportet ꝙ forma intellectus sit principiū ope rationis: sicut calor est principium calefactionis. Sed cōsi/derandum est ꝙ forma naturalis inquātum est forma ma nens in eo cui dat esse: nō nominat principium actionis: ꝫ fm ꝙ habet inclinationē ad effectum: ⁊ similiter forma in telligibilis nō nominat principium actionis fm ꝙ est tan/tum in intelligēte nisi adiungatur ei inclinatio ad effectum que est per volūtatem. cuʒ igitur forma itelligibilis ad op posita se habeat: cum sit eadem sciētia oppositorum: nō pro duceret determinatum effectum nisi determinaretur ad vnum per appetitum. vt dicitur in nono metaphy. ¶ Da/
nife⁊tum est autem ꝙ deus per intellectum suum causat 118
res[c]: cum suum esset sit suum intelligere. vnde necesse est 132
ꝙ sua sciētia sit causa rerum fm ꝙ habet volūtatem con/iunctam. vnde sciētia dei fm ꝙ est in causa rerum consue/uit nominari sciētia approbatiōis. ¶ Ad primū ergo dōz: ꝙ Orige. locutus est attēdens rationem sciētie cui nō com petit ratio causalitatis: nisi adiuncta volūtate: vt dictuʒ est[c]. ¶ Sed ꝙ dicit ideo prescire deum aliqua: quia sunt futu/ra: intelligēdum est fm causam cōsequentie: ⁊ nō fm cau/sam essendi. Sequitur enim si aliqua sunt futura quod de us ea prescierit: nō tamē res future sunt causa ꝙ deus sci/at. ¶ Ad secūdum dōm: ꝙ sciētia dei est causa rerū fm ꝙ res sunt in sciētia. nō fuit autem in scientia dei ꝙ res essent ab eterno. vnde q̄uis sciētia dei sit eterna: nō sequitur ta/men ꝙ creature sint ab eterno. ¶ Ad 3ᵐ dōm: ꝙ res na/turales sunt medie iter sciētiam dei ⁊ sciētiam nostraʒ: nos enim sciētiam accipimus a rebus nāl̄ibus: quaruʒ deus ꝓ suā scientiam causa est. vñ sicut scibilia naturalia sunt prioa q̄ sciētia nostra ⁊ mēsura eius. Ita scientia dei est prio: q̄ 138
res naturales ⁊ mēsura ipsarum[c]: sicut aliqua domus est media iter scientiam artificis qui eam facit ⁊ sciētiam illius qui eius cognitionem ex ipsa iam facta capit.

¶ Utrū deus habeat sciam nō entiū. Articulus. ix.

88 **Ad nonū** sic ꝓceditur. Videtur ꝙ deus nō ha/beat sciētiam nisi entium: sciētia enī dei nō est nisi verorum: sed verum ⁊ ens conuertuntur. ergo sciētia dei nō est non entium. ¶ Ꝑ. Sciētia requirit simili/tudinem inter sciētem ⁊ scitum: sed ea que nō sunt nō pos/sunt habere aliquā similitudinem ad deum qui est ipsum esse: ergo ea que nō sunt nō possunt sciri a deo. ¶ Ꝑ. Sci entia dei est causa scitorum ab ipso: sed nō est causa nō en/tium: quia nō ens nō habet causam. ergo deus nō habet sciētiam de nō entibus. ¶ Sed ꝛtra est quod dicit aposto lus ℟o. 8. Qui vocat ea que non sunt tanq̄ ea que sunt. ¶ ℟ñ⁹ dōm: ꝙ deus scit omnia quecūq; sunt quocūq; modo: nihil autem ꝓhibet ea que nō sunt simpliciter ali quo modo esse: simpliciter enim sūt que actu sunt. Ea vo que nō sunt actu sunt in potētia vel ipsius dei: vel creature siue in potentia actiua: siue in passiua: siue in potētia opinan di: vel imaginandi: vel quocūq; modo significandi. Que/cūq; igitur possunt per creaturam fieri vel cogitari vel di/ci: ⁊ etiam quecūq; ipse facere potest. omnia cognoscit de us etiam si actu nō sint: ⁊ ꝓ tāto dici potest ꝙ habet etiā nō entium sciētiam: sed horum que actu nō sunt est atten/denda quedam diuersitas: quedam enim ꝫ nō sint nūc in actu: tamē vel fuerūt vel erunt: ⁊ omnia ista dicitur deus scire sciētia visionis: quia cum itelligere dei: quod est eius esse: eternitate mēsuretur: que sine successione existēs totū tempus complebēdit: presens ituitus dei fertur in totum 92
tempus[c]: ⁊ in omnia que sunt in quocūq; tempore: sicut in subiecta sibi presentialiter: quedam vo sunt que sunt in potētia dei vl creature: q̄ tñ nec sūt nec erūt. neq; fuerūt: ⁊ respectu horum nō dicitur habere sciētiaʒ visionis sed sim plicis intelligētie. quod ideo dicitur: q; ea que videtur apō nos habēt esse distinctum extra videntem. ¶ Ad primū er 101 b
go dōm: ꝙ fm ꝙ sunt in potētia sic habent veritatem[c]: ea que nō sunt actu. verum est enim ea esse in potentia: ⁊ sic sciūtur a deo. ¶ Ad 2ᵐ dōm: ꝙ cum deus sit ipsum esse: intātum vnumquodq; est inquātum participat similitudi/nem dei: sicut vnumquodq; in tātum est calidum inquan tum participat calorem: ⁊ sic etiam ea que sūt in potentia: 87
etiam si nō sunt in actu: cognoscūtur a deo. ¶ Ad 3ᵐ dicē/ 118
dum: ꝙ sciētia est causa rerum volūtate adiūcta: vnde non oportet ꝙ quecūq; scit deus sint vel fuerit: vel futura sint: sed solum ea que vult esse vel permittit esse: ⁊ iterum non est sed in scientia dei: ⁊ illa sint sed ꝙ esse possint.

¶ Utrum deus cognoscat mala. Articulus. x.

89 **Ad decimū** sic procedit. Videt q deus non cognoscat mala. Dicit. n. phūs i 3. de anima. Quod intellectus qui nō est in potentia nō cognoscit priuationem: sed malum est priuatio boni: vt dicit Augu. Igit cum intellectus dei nunq̄ sit in potētia: sed sp 81 actu: vt ex dictis patet: videt q deus nō cognoscat mala. ℂ Ꝑ. Oīs scientia vel est causa sciti vel causat ab eo: sed sciētia dei nō est causa mali nec causatur a malo: ergo scientia dei nō est malorum. ℂ Ꝑ. Omne quod cognoscit: cognoscitur per suā similitudinem: vel per suū oppositum: 84 quicquid autē cognoscit deus cognoscit per suam essentiā 85 vt ex dictis patet: diuina autē essentia neq̄ est similitudo mali: neq̄ ei malum opponit: diuine enim essentie nihil ē contrarium: vt dicit Augusti. 12. de ciuitate dei: ergo deus nō cognoscit mala. ℂ Ꝑ. Quod cognoscit non per seipm cognoscitur a deo per seipsum: qz sic oporteret q malum esset in deo: oportet enim cognitum esse in cognoscente: si ergo cognoscitur per aliud. s. per bonum: imperfecte cogno 85 scetur ab ipso: qđ est impossibile. qz nulla cognitio dei est imperfecta. ergo sciētia dei nō est malorum. ℂ Sed contra est quod dicit proner. 15. Infernus t perditio coram deo. ℂ Respondeo dicendū q quicūq̄ perfecte cognoscit aliquid: oportet q cognoscat omnia que possūt illi accidere: sunt autē quedam bona quibus accidere potest: vt q mala corrūpant. vñ de⁹ nō pfecte cognoscet bona ni si et cognosceret mala: sic ät est cognoscibile vnūqđq̄ scōz q est. vnde cum hoc sic esse mali: quod est priuatio boni: per hoc ipsum q deus cognoscit bona cognoscit etiaz mala: sicut per lucem cognoscuntur tenebre. vnde dicit Dio. 7. cap. de di. no. Qđ deus per semetipsum tenebrarū pre accipit visionem nō aliūde videns tenebras q̄ a lumine. ℂ Ad p̄m ergo dōm: q verbū philosophi est sic intelligē 52 d dum: q intellectus qui nō est in potentia nō cognoscit pri 431 uationem per priuationē in ipso existētem: t hoc congruit cum eo quod supra dixerat q punctū t omne indiuisibile per priuationem diuisionis cognoscitur: quod cōtingit ex hoc: quia forme simplices t indiuisibiles non sunt actu in intellectu nostro: sed in potētia tantū: nam si essent actu in ītellectu nostro: nō per priuationem cognoscerentur. t sic cognoscuntur simplicia a substantijs separatis: deus igitur nō cognoscit malum per priuationem in se existētem: sed per bonum oppositū. ℂ Ad 2m dōz: q scientia dei nō est causa mali: sed est causa boni: per quod cognoscit malum. ℂ Ad tertiū dōm: q lz malum nō opponatur essentie diuine que nō est corruptibilis per malū: opponitur tamen effectibus dei quos per essentiā suam cognoscit. t eos cognoscens mala opposita cognoscit. ℂ Ad quartū dōm: q cognoscere aliquid per aliud tm̄: est imperfecte cognitionis: si illud sit cognoscibile per se: sed malū nō est per se cognoscibile: qz de rōne mali ē q sit priuatio boni: t sic neq̄ diffinitri neq̄ cognosci potest: nisi per bonum.

90 ℂ Utrū deus cognoscat singularia. Articulus. vj.

Ad vndecimum sic procedit. Videt q deus nō cognoscat singularia. Intellectus. n. diuinus immaterialis: est q̄s intellectus humanus: sed intellectus humanus ppter suaz immaterialitatem nō cognoscit singularia: sed sicut dicitur in primo de anima. ratio est vniuersaliū: sensus vero particularium. ergo deus non cognoscit singularia. ℂ Ꝑ. Ille sole virtutes in nobis sunt singularium cognoscitiue que recipiunt species nō abstractas a materialibus conditionib⁹ sed res in deo sunt maxime abstracte ab omni materialitate. ergo deus non cognoscit singularia. ℂ Ꝑ. Omnis cognitio est per aliquam similitudinē: sed similitudo singularium inquātum sunt singularia non videtur esse in deo: q principium singularitatis est materia: que cuz sit ens in potentia tm̄: omnino est dissimilis deo: qui est actus purus: nō ergo deus potest cognoscere singularia. ℂ Sed cōtra est quod dicitur proner. 16. Omnes vie hoīum patēt oculis eius. ℂ Respondeo dōz: q deus cognoscit singularia omnes enim pfectiones in creaturis inuente in deo pexistunt fm altiorem moduz: vt ex dictis patet: cognoscere 32 antē singularia pertinet ad perfectionē nostram: vnde necesse est q deus singularia cognoscat: nam t philosophus pro incōuenienti habet q aliquid cognoscat a nobis quod nō cognoscatur a deo. vnde cōtra Emp. Ar. in. i. de aīa: t in. 3. metha. q accideret deum eē insipiētissimum si discordiam ignoraret: sed perfectiones que in īferioribus diuiduntur in deo simpliciter t vnite existūt: vnde lz nos per 80 b aliam potētiam cognoscamus vniuersalia t immaterialia t per aliam singularia t materialia. deus tamē per suum simplicē intellectum vtraq̄ cognoscit. sed qualiter hoc esse possit: quidam manifestare volētes dixerunt q deus cognoscit singularia per causas vniuersales: nam nihil est in 287 aliquo singulariū: quod non ex aliqua causa oriatur vniuer 85 sali: t ponūt exēplum: sicut si aliquis astrologus cognosceret omnes motus vniuersales celi posset prenunciare omnes eclypses futuras. sed istud nō sufficit: qz singularia ex causis vniuersalibus sortiūtur quasdam formas t virtutes q̄ quantūcūq̄z ad īuicē cōiungant nō idiuiduant nisi p materiam indiuidualē: vñ qui cognosceret Socratez per hoc q ē albus vel sofronici filius vel quicqd aliud sic dicatur: nō cognosceret ipsum inquātum ē hic homo. vnde fm modū p̄dictus deus nō cognosceret singularia in sua singularitate. Alij vo dixerūt q deus cognoscit singularia applicādo causas vniuersales ad particulares effectus. sz hoc nihil est: qz nullus potest applicare aliqd ad alterum: nisi illud precognoscat. vnde dicta applicatio nō potest esse ratio cognoscendi particularia: sed cognitionē singularium presupponit. Et ideo aliter dicēdum est q cū deus sit causa rerū per suam sciētiam: vt dictū est: in tantum se ex 87 tendit scientia dei: inquantū se extendit eius causalitas. vn 84 de cū virtus actiua dei se extēdat non solū ad formas qui 235 bus accipitur ratio vniuersalis: sed etiam vsq̄ ad materiā 287 vt infra ostēdetur: necesse est q scientia dei vsq̄z ad singularia se extendat: que per materiā indiuiduantur: cū enim sciat alia a se per essentiā suam inquantū est similitudo rez vel vt principiū actiuum earū necesse est q essentia sua sit principiū sufficiens cognoscendi omnia quē per ipsum fiunt non solū in vniuersali: sed etiaz in singulari: t esset simile de scientia artificis si ei esset productiua totius rei t non forme tm̄. ℂ Ad primuz ergo dōm: q intellectus noster specie intelligibilem abstrahit a principijs indiuiduantib⁹. vnde species intelligibilis nostri intellectus nō potest esse similitudo principioz indiuidualium: t propter hoc intel 424 lectus noster singularia nō cognoscit: sed species intelligi 432 bilis diuini intellectus que est dei essentia nō est immaterialis per abstractionem: sed per seipsam existēs principiū omniū principioz̄um: que intrāt rei compositionē: siue sint p̄cipia spēi siue p̄cipia īdiuidui. vñ p eā de⁹ cognoscit nō solū vniuersalia: sed etiā singularia. ℂ Ad 2m dōz: q q̄s nis species intellectus diuini fm esse suum nō habeat conditiones materiales sicut species recepte in imaginatione t sensu: tm̄ vtute se extēdit ad imaterialia t mālia vt dictū est. ℂ Ad tertium dicendū q materia lz recedat a dei similitudine fm suā potentialitatem: tm̄ inquantū sic esse habet similitudinem quandam retinet diuini esse.

ℂ Utrū deus possit cognoscere infinita. Articulus. xij.

Ad duodecimum sic procedit. Videt q deus nō possit cognoscere infinita. infinitū enim fm q est infinitum ē ignotum: quia infinitū est cuius quantitatem accipiētibus semper est aliquid extra assumere: vt dicitur in 3. phy. dicit ēt Augu. 12. de ci. dei. Qđ quicquid scientia comprehendit scientis comprehensione finitur: sed infinita non possunt finiri: ergo nō possunt scientia dei comprehēdi. ℂ Si dicatur q ea que in se sunt infinita sciētie dei finita sunt. Contra. ratio infiniti est q sit impertransibile: t finiti q sit pertransibile: vt dicitur in. 4. phy. sed infinitum non potest transiri nec a finito nec ab infinito: vt probatur in. 7. phy. ergo i finitum non potest esse finitum: neq̄z etiam esse in infinito t ita infinita fm se non sunt finita scientie dei que est infinita. ℂ Ꝑ. Scientia dei est mensura scitoz̄um: sed cōtra ra/

tionem infiniti est q̄ fit mensuratum: ergo infinita non possunt sciri a deo. ¶ Sed contra est quod dicit Augu. 12. de ci. dei. q̄uis infinitoꝝ numerorū nullus sit numerus: nō tamē incomprehensibilis ei cuius sciētie nō est numerus. ¶ Rñ° dōm: q̄ cum deus sciat nō solum ea que sūt actu sed etiam ea que sunt in potentia vel sua vel creature: vt
88 ostēsum est[c]: hec autem constat esse infinita: necesse ē dicere q̄ deus sciat infinita: ⁊ ꝛ sciētia visionis que est tantum eorum que sunt vel erūt vel fuerunt nō sit infinitorum: vt quidam dicūt: cum nō ponamus mundū ab eterno fuisse nec generationem ⁊ motū in eternum mensura: ita vt indiuidua in infinitum multiplicabūtur: tamen si diligentius consideretur necesse est dicere q̄ deus etiam sciētia visionis sciat infinita: quia deus scit etiaꝝ cogitationes ⁊ affectiones cordium que in infinitū multiplicabuntur a creaturis rationabilibus permanētibus absq̄ fine. hoc autē ideo est quia cognitio cuiuslibet cognoscētis se extendit secundum modū forme que est principiuꝝ cognitionis: species enim sensibilis: que est in sensu: est similitudo solū vnius indiuidui. vñ per eam solum indiuiduum cognosci potest: species autē intelligibilis intellectus nostri est similitudo rei quātum ad naturam speciei que est participabilis a particularibus infinitis: vñ intellectus noster per speciē intelligibilē hominis cognoscit quodāmodo homines etiam infinitos sed tamē non inquantum distinguunt abinuicem: sed secūdum q̄ cōmunicant naturam speciei propter hoc q̄ species intelligibilis intellectus nostri nō est similitudo hominū quantum ad principia idiuidualia: sed solum quantum ad principia speciei. Essentia autē diuina per quam intellectus diuinus intelligit ē similitudo sufficiens omnium que sunt vel esse possunt nō solum quātum ad principia cōmunia: sed quātum ad principia propria vniuscuiusq̄ ostēsuꝝ est[c].
90 vñ sequitur q̄ scientia dei se extendat ad infinita: ⁊ secūduꝝ q̄ sunt adinuicem distincta. ¶ Ad primū ergo dicenduꝝ: q̄ infiniti ratio cōgruit quantitati secūdum philosophum in. i. phy. de ratione autem quātitatis est ordo partium. cognoscere ergo infinitum fm modum infiniti est cognoscere partem post partē: ⁊ sic nullo modo cōtingit cognosci infinitum: quia quantacūq̄ quātitas partium accipiatur semper remanet aliquid extra accipiētem. deus autem nō sic cognoscit infinitum vel infinita quasi enumerando partem post partem: cū cognoscat omnia simul non successiue: vt
86 supra dictum est[c]. vnde nihil prohibet ipsuꝝ cognoscere infinita. ¶ Ad secūdum dōm: q̄ trāsitio importat quādam successionem in partibus: ⁊ ide est q̄ infinitum trāsiri nō potest: neq̄ a finito: neq̄ ab infinito: sed ad rationem comprehēsionis sufficit adequatio: quia id comprehēdi dicitur cuius nihil est extra comprehēdentem. vnde nō est cōtra rationem infiniti q̄ comprehēdatur ab infinito: ⁊ sic quod i se est infinitum potest dici finitum sciētie dei tanq̄ comprehensum: nō tamē tanq̄ pertransibile. ¶ Ad tertiū dicendum: q̄ sciētia dei est mensura rerum nō quātitatiua: quia quidem mēsura caret infinita: sed qua mēsurat essentiaꝝ ⁊ veritatem rei. vnumquodq̄ enim tātum habet de veritate sue nature inquātum imitatur dei sciētiam: sicut artificiatum inquātum cōcordat arti. dato autem q̄ essent aliqua infinita actu fm numeruꝝ: puta infiniti homines. vel fm quātitatem cōtinuam: vt si esset aer infinitus: vt quidā antiqui dixerūt tamen manifestum est q̄ haberēt esse determinatum ⁊ finitum[c]: quia esse eorum esset limitatū ad ali
37 quas determinatas naturas. vnde mensurabilia essent fm scientiam dei.

¶ Utꝝ scia dei sit futuroꝝ ꝓtingētium. Arti. xiij.

92 **Ad decimumtertiuꝝ** sic proceditur. Videtur q̄ scientia dei nō sit futuroꝝ cōtingentium. A causa enim necessaria procedit effectus necessarius: sed sciētia dei est causa scitoꝝ: vt supra dictum est[c]. cum ergo ipsa sit necessa
87 ria sequitur scita eius esse necessaria. nō ergo sciētia dei est cōtingentium. ¶ P̄. Omnis cōditionalis vera cuius antecedēs est necessarium absolute: ꝓsequēs necessariū est absolute. sic enim se habet antecedēs ad ꝓsequēs: sicut prīcipia ad cōclusionem. Ex prīcipijs autem necessarijs nō sequitur cōclusio nisi necessaria. ⁊ i primo posteriorum probatur: sed hec est quedam cōditionalis vera. si deus scinit hoc futurum esse hoc erit: quia sciētia dei nō est nisi verorum. huius autem cōditionalis antecedēs est necessarium absolute: tum quia est eternum: tum quia significatur vt preteritum. ergo ⁊ ꝓsequēs est necessariū absolute. igitur quicquid scitur a deo est necessarium: ⁊ sic sciētia dei non est cōtingētium. ¶ P̄. Omne scitum a deo necesse est esse: cuꝝ tñ se: quia etiam omne scitum a nobis necesse est esse: cuꝝ tñ sciētia dei certior sit q̄ sciētia nostra: sed nullum contingēs futurum ē futurum necesse est esse. ergo nullum ꝓtingēs futurum ē scitum a deo. ¶ Sed cōtra est quod dicitur i ps. Qui finxit sigillatim cor eorū. qui itelligit omnia opera eorum. s. hoīum: sed opera hominum sunt ꝓtingētia: vtpote li. arb. subiecta. ergo deus scit futura ꝓtingētia. ¶ Rñ° dicēduꝝ 8
q̄ cum supra ostēsum sit[c]: q̄ deus sciat omnia non solum que actu sunt: sed etiam que sunt in potētia sua vel creatu
re. horum autē quedam sunt cōtingentia nobis futura: sequitur q̄ deus cōtingentia futura cognoscat. ¶ Ad cuius euidētiam ꝓsiderandum est q̄ cōtingens aliquod duplici 435
ter potest cōsiderari[c]. Uno modo in seipso fm q̄ iam in actu est: ⁊ sic nō consideratur vt futurū sed vt pīens: neq̄ ad vtrūlibet cōtingens sed vt determinatum ad vnum: ⁊ propter hoc sic infallibiliter subdi potest certe cognitioni: vtpote sensui visus: sicut cum video sortē sedere. Alio modo potest considerari cōtingens: vt est in sua causa: ⁊ sic cōsideratur: vt futurum ⁊ vt cōtingens nōdum determinatum ad vnum: quia causa cōtingentis se habet ad oppositā. ⁊ sic cōtingens non subditur per certitudinem alicui cognitioni. vnde quicūq̄ cognoscit effectum cōtingentem in causa sua tñ non habet de eo nisi coniecturalem cognitionem. deus aūt cognoscit omnia cōtingentia: non solū prout sunt in suis causis: sed etiam prout vnūquodq̄ eorū est 288
actu in seipso[c]: ⁊ ꝛ contingētia fiant in actu successiue: non 435
tamē deus successiue cognoscit cōtingentia prout in suo esse: sicut nos sed simul: quia sua cognitio mēsuratur eternitate ⁊ sicut suum esse. eternitas autē tota simul existēs am 46 d
bit totuꝝ tempus: vt supra dictū est[c]. vnde omnia que sūt 45
in tempore sunt deo ab eterno presentia: nō solum ea ra- 48
tione: qua habet rationes rerū apud se presentes: vt quidam dicunt: sed quia eius intuitus fertur ab eterno supra 88
omnia[c]: prout sunt in sua presentialitate. vnde manifestuꝝ 435
est q̄ cōtingētia etiam infallibiliter a deo cognoscuntur inquātum subduntur diuino cōspectui fm suam presentialitatem: ⁊ tamē sunt futura cōtingentia suis causis comparata. ¶ Ad primuꝝ ergo dicēdum: q̄ ꝛ causa suprema sit necessaria: tamē effectus potest esse cōtingens propter causam proximam ꝓtingētem: sicut germinatio plāte est ꝓtingens propter causam proximā ꝓtingentē: ꝛ motus solis q̄ est causa prima sit necessarius. ⁊ similiter scita a deo sunt cōtingentia propter causas proximas: ꝛ sciētia dei que est cā a
prima sit necessaria[c]. ¶ Ad 2m dōm: q̄ quidam dicunt q̄ 136
hoc antecedēs deus scinit hoc cōtingens futurum: nō est necessarium: sed cōtingens: quia ꝛ sit preteritum tamē importat respectum ad futurum: sed hoc nō tollit ei necessitatem: quia id quod habuit respectum ad futurum necesse est habuisse: ꝛ etiam futurū non sequatur quādoq̄: alij vero dicunt hoc antecedēs esse cōtingēs: quia est compositū ex necessario ⁊ cōtingenti sicut illud dictū est contingens: sortem esse hominē album: sed hoc etiā nihil est: quia cuꝝ dicit deus scinit esse futuꝝ hoc contingēs: ꝓtingens nō ponitur ibi nisi vt materia verbi ⁊ nō sicut prīcipalis pars ꝓpositionis. vnde cōtingentia eius vel necessitas nihil refert ad hoc q̄ propositio sit necessaria vel cōtingens vera vel falsa. ita. n. potest esse verum me dixisse hominē esse asinū sicut me dixisse sortem currere vel deū esse. ⁊ eadeꝝ ratio est de necessario ⁊ cōtingenti. vnde dicēdum est q̄ antecedens est necessarium absolute: nec tamē sequitur vt qdaꝝ dicūt q̄ consequēs sit necessariuꝝ absolute: quia antecedēs est causa remota cōsequentis: quod propter causam proximam ꝓtingēs est: sed hoc nihil est: esset. n. conditionalis

falsa: cuius antecedēs, est cā remota necessaria: ⁊ ꝓñs esse
ctus ꝓtingēs. vtputa si dicerē. si sol mouet herba germi/
nabit: ⁊ ideo aliter dicēduꝫ est: q ꝙñ in añte ponitur aliqd
pertinēs ad actum aie: ꝓñs est accipiēdum nō ſm esse qō
63 in se est: ſz ſm q ē in aīa: aliud. n. est esse rei in seipsa: ⁊ esse
rei in aīa[c]. vtputa si dicaꝫ si aīa intelligit aliqd: illud ē imma
teriale: intelligēdum ē q est imateriale ſm q ē in itellectu
574 non ſm q ē in seipso: ⁊ similiter si dicam: si deus sciuit ali/
quid illud erit[c] ꝓñs intelligēdum ē ꝓout subest diuine sciē
tie. ſ. ꝓout ē in sua ꝑtialitate: ⁊ sic necessariū ē sicut ⁊ añs
q: oē quod ē: qñ est necesse ē eē: vt dr̄ in. i. perhier. ¶ Ad
3[m] dōm: q ea que tēporaliter in actuꝫ reducūtur a nobis
successiue cognoscūtur in tēpore: ſz a deo in eternitate que
est supra tempus: vñ nobis: quia cognoscimus futura cō
435 tingentia inquātum talia sunt certa eē non possunt: sed soli
deo cui itelligere est in eternitate supra tēpus[c]. sicut ille q
vadit p viam nō videt illos qui post eum veniūt: ſz ille q
ab aliqua altitudine totaꝫ viā intuetur: simul videt omnes
transeūtes per viā: ⁊ ideo illud qō scitur a nobis oꝑz esse
necessarium: ēt ſm q in se est: q: ea que in se sunt ꝓtingen
tia futura a nobis sciri nō possunt: ſz ea que sūt scita a deo
o oꝑz esse necessaria ſm modū quo subsunt diuine scientie:
vt dictum est[c]: nō autē absolute ſz q in ꝓꝑijs causis cō
sideratur. vnde ⁊ hec ꝓpositio: omne scitum a deo neces
sariū est eē: consueuit distingui: q: potest eē de re vel de di
cto: si intelligat[c] de re est diuisa ⁊ falsa: ⁊ est sensus: omnis
res quam deus scit ē necessaria: vel potest intelligi de di/
cto. ⁊ sic est composita ⁊ vera: ⁊ est sensus. hoc dictuꝫ sci/
tum a deo esse ē necessarium: Sed obstāt quidam dicētes
q ista distinctio hꝫ locum in formis seꝑabilibus a subie/
cto: vt si dicam albū possibile est eē nigrum: que quidē de
dicto ē falsa: ⁊ de re ē vera. res enim que est alba potest eē
nigra: ſz hoc dictū album esse nigrum nunq̄ potest eē ve
rum: in formis autē inseparabilibus a subiecto nō hꝫ locū
ꝓdicta distinctio: vt si dicā. coꝛuum nigrū possibile est es
se album: quia i vtroq̄ sensu ē falsa. esse autē scitum a deo
est inseparabile a re: q: quod ē scitum a deo non pōt eē nō
scitum. hec aūt distantia locum hꝫ si hoc q dico scitum im
ꝑtaret aliquam dispōnem subo inhērētem: ſz cū impo/
tet actum sciētis ipsi rei scite: ſz semp sciatur pōt aliquid at
tribui ſm se: quod nō attribuitur ei inquātuꝫ stat sub actu
sciēdi: sicut eē materiale attribuitur lapidi ſm se: quod non
attribuitur ei ſm q intelligibile est.

¶ Utrū deus cognoscat enūciabilia. Arti. xiiij.

93 **Ad decimumquartū** sic ꝓceditur[1]. Videt q de
us nō cognoscat enunciabilia. Cognoscere eniꝫ enūciabilia
ꝙuenit intellectui nostro ſm q cōponit ⁊ diuidit: ſz in itel/
lectu diuino nulla ē compositio: ergo deus non cognoscit
enunciabilia. ¶ Ꝑ. Ois cognitio fit per aliquam similitudi
nem: ſz in deo nulla ē similitudo enūciabiliuꝫ cum sit oīno
simplex: ergo deus nō cognoscit enunciabilia. ¶ Sz ꝓtra
ē quod dicitur in ꝑs. Dñs scit cogitationes hoīum: ſz enū
ciabilia continētur in cogitationibus hoīum. ergo deus co
gnoscit enūciabilia. ¶ Rñ[o] dōm: q cum formare enūcia
88 bilia sit in ptāte intellectus nostri: deus aūt scit quicquid ē
in potētia sua vel creature: vt supra dictū est[c]: necesse ē q
deus sciat omnia enūciabilia que formari possunt: ſz sicut
294 scit materialia imaterialiter ⁊ composita simpliciter: ita scit
enūciabilia nō per modum enūciabilium[c]: quasi in itellectu
eius sit compositio vel diuisio enunciabiliū: ſz vnūquodq̄
cognoscit p simplicē intelligētiam intelligēdo essentiā vnius
cuiusq̄: sicut si nos in hocipso quod intelligimus quid est
homo: itelligeremus oīa que de hoīe ꝑdicari possunt: qō
quidē in intellectu nostro nō ꝓtingit: qui de vno i aliud dis
91 currit: ꝓpter hoc q spēs intelligibilis sic repsentat vnū:
q nō repsentat aliud[c]: vñ intelligēdo quid ē homo: nō ex
hoc ipso alia que ei insunt itelligimus: ſz diuisim ſm quā
dam successionē. ⁊ ꝓpter hoc ea que seoꝛsum itelligim⁹
oꝛ nos in vnū redigere p modum cōpositionis vel diuisio/
nis enunciationē formando: ſz spēs intellectus diuini. ſ. ei⁹
essentia sufficit ad demonstrādum oīa. vñ intelligēdo essen
tiam suam cognoscit eēntias oīum: ⁊ quecunq̄ eis acciden
re possunt[c]. ¶ Ad ꝓmū ergo dōm. q ratio illa ꝓcede 427
ret si deus cognosceret enunciabilia ꝑ modum enūciabi/
lium. ¶ Ad 2[m] dōm: q cōpositio enūciabilis significat ali/
quod esse rei: ⁊ sic deus ꝑ suū esse qō est eius essentia est si
militudo oīum eoꝛ ꝑ que enūciabilia significantur.

¶ Utrū scia dei sit variabilis. Articulus. xv.

Ad decimumquintuꝫ sic ꝓceditur. Videtur q 94
sciētia dei sit variabilis. Sciētia enī relatiue dr̄ ad scibile: ſz
ea que ipoꝛtant relationē ad creaturam. dicūtur de deo ex
tēpore ⁊ variantur ſm variationē creaturarum: ergo scien
tia dei est variabilis ſm variationem creaturarum. ¶ Ꝑ.
Quicquid potest deus facere potest scire: ſz deus pōt plu
ra facere q̄ faciat. ergo potest plura scire q̄ sciat: ⁊ sic sciē
tia sua potest variari ſm augmētuꝫ ⁊ diminutionē. ¶ Ꝑ.
Deus sciuit christum nasciturꝫ: nunc autē nescit christū na
sciturum: q: christus nasciturus nō est. ergo nō quicquid
deus sciuit scit: ⁊ ita scientia dei videt[c] eē variabilis. ¶ Sz
contra est quod dicit[c] Ja. primo. Quod apud deū non est
transmutatio: neq̄ vicissitudinis obumbratio. ¶ Rñ[o] di/
cendū: q cum sciētia dei sit eius substantia: vt ex dictis pa
tet[c]: sicut substantia eius est omnino imutabilis: vt supra 80 a
ostēsum est: [c]ita oportet sciētiam eius oīno inuariabilē esse. 43
¶ Ad ꝓmū ergo dicēdum: q dominus ⁊ creator ⁊ huius 44
modi importāt relationes ad creaturas que cōsequuntur
actus qui intelligūtur terminari ad ipsas creaturas ſm q
in seipsis sunt: ⁊ ideo huiusmodi relationes variantur que
de deo dicūtur ſm variationem creaturarum: ſz sciētia ⁊
amor: ⁊ huiusmodi importāt relationes que cōsequūtur
actus qui intelligūtur in deo esse: ⁊ ideo imutabiliter pre/
dicātur a deo[c]. Uel aliter dicēdum est q dominus ⁊ crea c
tor ⁊ huiusmodi importāt relationē ad creaturas ſz q sūt 174
in deo. ſm enim hoc est vnūquodq̄ intellectū in actu q ē 191 b
in intelligēte. res create sunt in deo inuariabiliter. in seipsis
autē variabiliter. ¶ Ad 2[m] dōm: q deus scit etiaꝫ ea que
potest facere ⁊ nō facit. vnde ex hoc q potest plura facere
q̄ faciat: nō sequit[c] q possit plura scire q̄ sciat: nisi hoc re/
feratur ad sciētiam visionis[c]: ſm quam dicitur scire ea que 88
sunt in actu ſz aliquod tēpus. Ex hoc tamē q scit q aliqua
possunt esse que nō sunt vel etiaꝫ nō esse que sunt: nō seq/
tur q sciētia sua sit variabilis: sed q cognoscat reruꝫ varia
bilitatē. si tamen aliquid esset quod ꝓius deus nesciuisset
⁊ postea sciret: esset eius sciētia variabilis: sed hoc esse non
potest: q: quicquid est vel pōt esse ſz aliquod tēpus deus
in eterno suo scit: ⁊ ideo ex hoc q ponitur aliquid esse ſm
quodcūq̄ tempus: oportet poni q ab eterno sit scitum a
deo: ⁊ ideo nō debet cōcedi q de⁹ possit plura scire q̄ sci
at: quia hec ꝓpositio implicat q ante nesciuerit: ⁊ postea
sciat. ¶ Ad 3[m] dōm: q antiqui naturales dixerūt idem eē
enunciabile christum nasci ⁊ esse nasciturum: ⁊ esse natuꝫ:
quia eadem res significat[c] per hec tria. ſ. natiuitas christi: ⁊
ſz hoc sequitur q deus quicqd sciuit sciat: quia modo scit
christum natū quod significat idem et. quod ex christū es/
se nasciturum. Sed hec opinio falsa est: tum quia diuersi/
tas partium oratiōnis diuersitatem enūciabilium causat:
tum etiam q: sequeretur q ꝓpositio que semel est vera
eēt semp vera: quod est cōtra philosophū qui dicit: q hec
oratio sortes sedet. vera est: eo sedente ⁊ eadeꝫ falsa est eo
surgente. ⁊ ideo cōcedendū est q hec nō est vera. quicqd
deus sciuit scit: si ad enūciabilia referatur. Sed ex hoc nō
sequitur q sciētia dei sit variabilis. sicut. n. absq̄ variatio/
ne diuine sciētie est q sciat vnam ⁊ eandem rem quādoq̄
esse q̄q̄ nō esse: ita absq̄ variatione diuine sciētie ē q scit
aliq̄ō enūciabile quādoq̄ esse verū: ⁊ quādoq̄ esse falsū:
esset aūt ex hoc scientia dei variabilis. si enūciabilia cogno/
sceret per modū enunciabiliū componēdo ⁊ diuidendo si
cut accidit in itellectu nostro. vñ cognitio nostra variat[c] vel
ſm veritatē ⁊ falsitatem: puta si mutata re eandē opinio/
nem de re illa retineamus vel ſm diuersas opiniones: vt
si ꝓmo opinemur aliquez sedere: ⁊ postea opinemur eū
non sedere: quoꝛ neutrum potest esse in deo.

Utrum deus de rebus habeat scientiam speculatiuaz.
Articulus. xvj.

95 **Ad decimumsextū** sic procedit. Videtur q deus de rebus nō hēat sciam speculatiuā. Scia.n. dei est cā rez vt supra ostēsum est. Sz scia speculatiua. nō est cā rez scitaz. ergo scia dei nō est speculatiua. P. Scia speculatiua est
87 abstractionē a rebus qō diuine scie nō cōpetit. ergo scia dei nō est speculatiua. Sed ⁊. oē quod ē nobilius: deo ē attribuendū: sed scia speculatiua est nobilior q̄ practica: vt pz per pōm in principio meta. ergo deus hz de rebus scie tiam speculatiuā. R̄ñ° dōm: q aliqua scia est speculati ua tantū: aliqua practica tm̄: aliqua vo ſm aliqd speculati ua: ⁊ ſm aliqd practica. Ad cuius euidētiam sciendū est q aliqua sciētia potest dici speculatiua tripliciter. Primo ex parte rerū scitarum que nō sunt operabiles a sciente si cut sciētia hois est de rebus naturalibus vel diuinis. Se cundo q̄tū ad modū sciendi: vtputa si edificator cōsideret domū diffiniendo ⁊ diuidēdo ⁊ cōsiderando vlia p̄dicata ipsius. huiusmodi enī est operabilia modo speculatiuo cō siderare: ⁊ nō ſm q operabilia sunt. opabile enī est aliqd p applicationē forme ad materiā non p resolutionē cōpōsi ti in principia vlia formalia. Tertio q̄tuz ad finē. nam ītel lectus practicus differt fine a speculatiuo: sicut dicit in. 3. de aīa. Intellectus enī practicus ordinat ad finē operatio nis. finis aūt intellectus speculatiui ē consideratio vitatis. si ergo edificator cōsideret qualiter posset fieri aliqua domus nō ordinans ad finē opationis: sz ad cognoscendū tantum erit q̄tuz ad finē speculatiua cōsideratio: tm̄ de re opabili. Sciētia igit̄ que est speculatiua rōne ipsius rei scite est spe culatiua tm̄. que vo speculatiua est ſm modū vel finez est ſm qd speculatiua: ⁊ ſm qd practica. Cum vo ordinatur ad finē operationis est simpliciter practica. Sz hoc ergo di cendū est: q deus de seipso hz scientiaz speculatiuam tm̄. ipse enīz operabilis nō est. de oībus vero alijs hz scientiaz ⁊ speculatiuā ⁊ practicā. speculatiuā quidē quantū ad mo dum. quicqd.n. in rebus nos speculatiue cognoscim° dis finiendo ⁊ diuidēdo: hoc totū deus multo perfectius no uit. Sed de his que p̄t qdē facere: sed fz nullū tēpus fa cit: nō hz practicā scientiā: fz q practica scia dicit a fine: sic aūt hz practicā scientiā de his que ſm aliqō tempus facit: mala vo lz ab eo nō sint operabilia: tm̄ sub cognitione pra ctica ipsius cadūt sicut ⁊ bona inquantū permittit vel im pedit: vel ordinat ea: sicut ⁊ egritudines cadūt sub practi ca scientia medici inquantū per artē suaz curat eas. Ad primū ergo dōm: q scia dei est causa nō qdem suiipsius: sed alioz quoruūdam qdem actu. s. eoz que ſm aliqō tem pus fiūt: quoruūdam vo virtute. s. eoz que p̄t facere: ⁊ tm̄ nunq̄ fiunt. Ad 2m dōz: q sciētiam esse acceptā a reb° scitis nō per se pueniet scientie speculatiue: sz per accidēs in quantū est humana. Ad id vo quod in ☞ obiicitur dōz: q de operabilibus pfecta scia nō habet: nisi sciātur inquā tum operabilia sunt: ⁊ ideo cū sciētia dei sit oībus modis perfecta oz q sciat ea que sūt a se operabilia inquantū hu ius: ⁊ nō solū ſm q sunt speculatiua: sed tamē non recedi tur a nobilitate speculatiue sciētie: quia oīa alia a se videt in seipso. Seipsum autem speculatiue cognoscit: ⁊ sic in spe culatiua suiipsius scientia habet cognitionez ⁊ speculatiuā ⁊ practicam omnium aliorum.

De ideis. Questio. xv.

Ost cōsiderationez de scientia dei restat considerare de ide is. Et circa hoc querūtur tria. Primo an sint idee. Secundo vtrum sint plures vel vna tm̄. Tertio vtrum sint omniū que cognoscuntur a deo.

Utrum idee sint. Articulus. Primus.

96 **Ad primū** sic procedit. Videt q idee nō sint. Dicit enim Dio. 7. capi. de di. no. Q̄ deus non cognoscit res ſm ideam: sed idee nō ponū tur ad aliud: nisi vt per eas cognoscant res. ergo idee non sunt. P. Deus in seipso cognoscit omnia: vt supra dictū est: sed seipsum non cognoscit per ideam. ergo nec alia. 84 85
P. Idea ponit: vt principiū cognoscendi ⁊ operandi: sed essentia diuina est sufficiens principiuz cognoscendi ⁊ operandi omnia. nō ergo necesse est ponere ideas. Sz contra est qō dicit Aug. lib. 83. q. Tanta vis in ideis con stituit: vt nisi his intellectis sapiēs eē nemo possit. R̄ñ° dicendū: q necesse est ponere in mente diuina ideas. idea enim grece latine forma dicit. vnde per ideas intelliguntur formе aliaz rerum preter ipsas res existentes: forma aūt alicuius rei preter ipsam existēs ad duo esse potest: vel vt 236
sit exemplar eius cuius dicit forma: vel vt sit principiuz cognitionis ipsius ſm q forme cognoscibiliū dicūtur esse in cognoscente: ⁊ quantū ad vtrūq; est necesse ponere ide as: quod sic pz. In omnib° enim q̄ nō a casu generant: ne cesse ē esse formam finē generationis cuiuscūq;. agens aūt nō ageret propter formam nisi inquātuz similitudo forme b
esset in ipso: qō qdem contingit dupliciter. In qbusdā enīz 237
agentibus p̄existit forma rei fiende ſm esse naturale: sicut in his q̄ agūt per naturam: sicut homo generat hominē: ⁊ ignis ignem: in qbusdam vo ſm esse intelligibile: vt in his que agūt per intellectū: sicut similitudo domus p̄existit in mente edificatoris: ⁊ hoc potest dici idea domus: q artifex intendit domū assimilare forme quā mente cepit. q igit̄ mūdus non est casu factus: sed est factus a deo per in 246
tellectū agentez: vt infra patebit: necesse est q in mēte di 118
uina sit forma ad similitudinem cuius mūdus est fact°: ⁊ 97
in hoc consistit ratio idee. Ad primū ergo dōm: q deus 236
non intelligit res ſm ideam extra se existētem. ⁊ sic etiam Aristo. improbat opinionē Platonis de ideis: ſm q po nebat eas per se existētes non in intellectu. Ad 2m dōz: q lz deus per essentiā suam se ⁊ alia cognoscat: tamen es sentia sua est principium operatiuum aliorum: non aūt sui ipsius: ideo hz rationem idee secūm q ad aliud comparat non aūt secūm q comparat ad ipsum deū. Ad 3m dōz: q deus secundū essentiam suam est similitudo oīum re rum. vñ idea in deo nihil est aliud q̄ dei essentia.

Utrum sint plures idee. Articulus. ij.

97 **Ad secundum** sic procedit. Videtur q nō sint plures idee. idea enīz in deo est eius essentia: sz essentia dei est vna tm̄. ergo ⁊ idea est vna. P. Sicut idea est principiū cognoscendi ⁊ ope randi: ita ars ⁊ sapientia: sed in deo non sunt plures artes ⁊ sapiētie. ergo nec plures idee. Si dicat q idee multi plicant secundū respectus ad diuersas creaturas. Contra pluralitas ideaz est ab eterno. si ergo idee sūt plures: crea ture aūt sunt tēporales. ergo tēporale erit causa eterni. P. Respectus illi aut sunt secūm rem in creaturis tan tum: aut etiā in deo. Si in creaturis tantū cuz creature nō sint ab eterno: pluralitas nō erit ab eterno: si multiplicent solum sz huiusmodi respectus. Si aūt realiter sunt i deo sequitur q alia pluralitas sit in deo q̄ pluralitas personaz quod est cōtra Dama. dicentē: Qō in diuinis oīa vnū sūt preter q̄ ingenerationē ⁊ generationem ⁊ processionē. sic igitur nō sunt plures idee. Sz contra est q dicit Aug. i lib. 83. q. idee sunt principales quedaz forme vel rationes rerū stabiles atq; incommutabiles: quia ipse formate nō sunt: ac per hoc eterne: ac semper eodē modo se habētes que diuina intelligētia continent sed cum ipse neq; oriant neq; intereant ſm eas: tamen formari dicit omne qō ori ri ⁊ interire potest: ⁊ omne quod oritur ⁊ interit. R̄ñ° dicendū est: q necesse est ponere plures ideas. Ad cuius euidentiam considerandu est q in quolibet effectu illud qō est vltimus finis proprie est intētum a principali agēte: sicut ordo exercitus a duce. Id aūt quod est optimū in re bus existens est bonū ordinis vniuersi vt patet per philo sophum in 2° meta. Ordo igit̄ vniuersi est proprie a deo i tentus ⁊ nō per accidens prouenientes ſm successionē agē tium: prout quidam dixerūt q deus creauit primū creatuz 249
tantū: quod creatum creauit ſm creatū: ⁊ sic demū quo usq; producta est tanta rez multitudo: ſm quā opinionez deus nō haberet nisi ideam primi creati. Sed si ipse ordo

vniuersi est per se creatus a deo ⁊ intentus ab ipso: necesse est ꝙ habeat ideam ordinis vniuersi. ratio aũt alicuius to tius haberi nõ potest nisi habeant̃ proprie rationes eorũ ex ꝗbus totũ constituitur: sicut edificator spẽm domus cõcipere nõ posset: nisi apud ipsũ esset propria ratio cuiuslibet partiũ eius. Sic igit̃ oꝝ ꝙ in mente diuina sint proprie rationes omniũ rerũ. vnde dicit Augu. in li. 83. q. ꝙ singula propijs rationibus a deo creata sunt. vñ sequitur ꝙ in mente diuina sint plures idee. hoc autẽ quomodo diuine simplicitati non repugnet facile est videre: siqs consideret ideã operati esse in mente operãtis: sicut qõ intelligit̃: non aũt sicut species qua intelligit̃: que est forma faciens intellectũ in actu. forma enim domus in mẽte edificatoris ẽ aliquid ab eo intellectũ: ad cuius similitudinem domũ in materia format. nõ est aũt contra simplicitatẽ diuini intellect⁹: ꝙ multa intelligat: sed contra simplicitatez eius esset: si per plures species eius intellectus formaret̃. vñ plures idee sunt in mente diuina: vt intellecte ab ipso. qõ hoc modo potest videri. ipse enim essentiam suã perfecte cognoscit. vnde cognoscit eam ſz oẽm modũ quo cognoscibilis est. potest aũt cognosci: nõ solum ſm ꝙ in se est: sed ſm ꝙ est participabilis ſm aliquẽ modũ similitudinis a creaturis[e]. Unaqueqz aũt creatura hz propriã speciem: ſm ꝙ aliquo modo participat diuine essentie similitudinẽ. Sic igit̃ inquantum deus cognoscit suã essentiaz: vt sic imitabilẽ a tali creatura cognoscit eam: vt propriã rationez: ⁊ ideã huiusmodi creature: ⁊ similiter de alijs: ⁊ sic pz ꝙ deus itelligit plures rõnes proprias plurium reruz: que sunt plures idee. ℭ Ad p̃m ergo dõm: ꝙ idea non nolat diuinã essentiaz in quantũ est essentia: sed inquãtuz est similitudo: vel rõ huius vel illius rei. vnde ſm ꝙ sũt plures rationes intellecte ex vna essentia: ſm hoc dicũtur plures idee. ℭ Ad 2[m] dicendũ: ꝙ sapiẽtia ⁊ ars significant̃: vt quo deus intelligit: sed idea: vt qõ deus intelligit. deus aũt vno intellectu itelligit multa: ⁊ non solũ ſm ꝙ in seipsis sunt: sed ẽt ſm ꝙ intellecta sunt: qõ est itelligere plures rationes rerũ: sicut artifex dũ intelligit formã domus in materia dicit̃ intelligere domũ. dum aũt intelligit formã domus: vt a se speculatam ex eo ꝙ intelligit se intelligere eã: intelligit ideam vel rationẽ domus. deus aũt non solum intelligit multas res per essentiã suam: ſz etiã intelligit se intelligere multa p essentiam suaz̃: sed hoc est intelligere plures rõnes rez̃ vel plures ideas esse in intellectu eius: vt itellectas. ℭ Ad 3[m] dõm: ꝙ huiusmodi respectus ꝗbus multiplicant̃ idee nõ causantur a rebus: ſz ab intellectu diuino cõparante essentiaz suã ad res. ℭ Ad 4[m] dõz: ꝙ respect⁹ multiplicantes ideas nõ sunt in rebus creatis: sed in deo: nõ tamẽ sũt reales respectus: sicut illi quibus distinguuntur persone: sed respectus intellecti a deo.

ℭ Utz oĩa ꝗ cognoscit deꝰ sint idee. Articulus. iij.

Ad tertium sic ꝓcedit̃. Uidetur ꝙ nõ oĩa ꝗ cognoscit deus sint idee in ipo. ℭ Ali. n. idea nõ est in deo: qz sequeret̃ malũ esse in deo: ſz mala cognoscũtur a deo. ergo nõ oĩa ꝗ cognoscuntur a deo sunt idee. ℭ p̃. Deus cognoscit ea ꝗ nec sunt: nec erũt: nec fuerũt: vt supra dictũ est[e]: ſz hoz nõ sũt idee: qz dicit Dio. ſ. cap. de diui. no. ꝙ exẽplaria sunt diuine voluntatis determinatiue ⁊ effectiue rez̃. ergo nõ oĩa ꝗ que a deo cognoscũtur sunt idee in ipo. ℭ p̃. Deus cognoscit materiã primam ꝗ non põt habere ideam: cũ nullaz hẽat formã. ergo idẽ quod prius. ℭ p̃. Cõstat ꝙ deus scit nõ solũ spẽs: ſz ẽt genera ⁊ singularia ⁊ accidẽtia: ſz horuz non sunt idee ſm positionẽ ℙlatonis qui primus ideas introduxit: vt dicit Aug. nõ ergo oĩa ꝗ cognitoꝝ a deo sũt idee in ipso. ℭ Sed cõtra. idee sunt rationes i mẽte diuina existentes: vt p̃ Aug. pz. ſz omniũ que cognoscit deus habet proprias rõnes. ergo oĩa ꝗ cognoscit deus habet ideas. ℜñ° dicendum: ꝙ cũ idea a ℙlatone poneret̃ principiũ cognitionis rez̃ ⁊ generationis ipsaꝝ: ad vtrũqz se hz idea: prout i mente diuina ponit̃: ⁊ ſm ꝙ ẽ principiuz factionis rerum exẽplar dici põt: ⁊ ad practicam cognitionẽ pertinet. ſz autem ꝙ principiuz cognoscitiuum est proprie dicit̃ ratio: ⁊ põt etiam ad scibilem speculatiuã ptinere: ſm ergo ꝙ exẽplar est ſm hoc se hz ad omnia ꝗ a deo fiunt ſm aliqõ tẽpus. ſm vo ꝙ principiũ cognoscitiuuz ẽ: se hz ad omnia ꝗ cognoscunt̃ a deo: etiam si nullo tẽpore fiant: ⁊ ad oĩa que a deo cognoscũtur ſm propriã rationẽ: ⁊ ſm ꝙ cognoscũtur ab ipso p modũ speculationis. ℭ Ad primũ ergo dicendum: ꝙ malũ cognoscitur a deo nõ p propriam rationez: ſz p rationẽ boni: ⁊ ideo malum nõ hz in deo ideam. neqz ſm ꝙ idea ẽ exẽplar: neqz ſm ꝙ ẽ ratio. ℭ Ad 2[m] dõz: ꝙ eorum ꝗ neqz sunt: neqz erunt: neqz fuerũt deus non hẽt ꝓacticam cognitionẽ: nisi virtute tñ. vñ respectu eorũ nõ ẽ idea in deo ſm ꝙ idea significat exẽplar: sed solum ſz ꝙ significat rationẽ. ℭ Ad 3[m] dicẽdum: ꝙ ℙlato ſz quosdã posuit materiam non creatã: ⁊ iõ non posuit ideam eẽ materiam: sed materie ꝓcreataz. Sed qz nos ponimus materiam creatã a deo: nõ tñ sine forma. hz quidẽ materia ideã in deo: non tñ aliam ab idea compositi. naz materia ſm se neqz eẽ habet: neqz cognoscibilis est. ℭ Ad 4[m] dõz: ꝙ genera nõ possunt habere ideaz aliam ab idea speciei ſm ꝙ idea significat exemplar: qz nunquam genus fit nisi in aliqã specie. Similiter etiam ẽ de accidẽtibus que inseparabiliter cõcomitantur subiectũ: qz hec simul fiunt cũ subiecto: accidẽtia autem que supueniũt subiecto specialẽ ideaz hñt artifex. n. p formã domus facit omnia accidẽtia que a principio cõcomitant̃ domum: sed ea que supueniunt domui iam facte: vt picture: vel aliqõ aliud facit p aliquã aliaz formam. indiuidua. n. ſm ℙlatonẽ non habebãt aliam ideã qz ideã speciei: tuz qz singularia idiuiduant̃ p materiã quã ponebãt esse increatã: vt gdã dicunt ⁊ ꝓcreatã idee: tũ qz intentio nature ꝓsistit in spẽbus nec particularia ꝓducit: nisi vt in eis spẽs saluent̃: ſz prouidẽtia diuina nõ solum se extẽdit ad spẽm: sed ad singularia: vt infra dicetur[e]. 137

ℭ De veritate. Questio. xvj. 145

Uoniaz autẽ sciẽtia verozuz ẽ: post considerationem scientie dei: de vitate inquirendum est.

q ℭ Circa quaz q̃runtur. 8. ℙrimo vtz veritas sit in re vel tantum in intellectu. Secũdo vtrum sit tantũ in itellectu cõponente ⁊ dividente. Tertio de cõparatione veri ad ens. Quarto de cõparatione veri ad bonum. Quinto vtrũ deus sit veritas. Sexto vtrum oĩa sint vera veritate vna vel pluribus. Septimo de eternitate vitatis. Octauo de incõmutabilitate ipsius.

ℭ Utz vitas sit tantũ in intellectu. Articulus. j.

Ad primus sic ꝓcedit̃. Uidet̃ ꝙ vitas non sit tantũ in intellectu: sed magis in rebus. Aug. enim in lib. solil. reprobat hãc notificationez veri. vez̃ est id qõ videt̃: qz ſm hoc lapides: qui sunt in abditissimo terre sinu nõ essent veri lapides: qz non videnẽt: reprobat etiã istam: verũ est qõ ita se hz: vt videt̃ cognitori: si velit ⁊ possit cognoscere. qz secundus hoc sequeret̃ ꝙ nihil eẽt vez̃ si nullus posset cognoscere: ⁊ diffinit sic verum. verum ẽ id quod est: ⁊ sic videt̃ ꝙ veritas sit in rebus ⁊ nõ in intellectu. ℭ p̃. quicqd est verũ veritate verum est. Si igit̃ veritas est in intellectu solo: nihil erit vez̃ nisi secũdum ꝙ intelligitur: quod est erro: antiquorum philosophorum: qui dicebant omne qõ videtur esse verum: ad quod sequit̃ contradictoria simul eẽ vera: cum contradictoria simul a diuersis vera esse videantur. ℭ p̃. ℙropter qõ vnumquodqz ⁊ illud magis: vt patet primo poste. Sed ex eo ꝙ res est vel nõ est: est opinio vel oratio vã vel falsa secundũ pbm in predicamentis. ergo vitas magis est in rebus ꝙ in intellectu. ℭ Sed contra est qõ philosophus dicit. 6. metaphisice: ꝙ verum ⁊ falsum nõ sunt in rebus: ſz in intellectu. ℭ ℜespondeo dicẽdum: ꝙ sicut bonũ nominat id in quod tendit appetitus: ita verum nominat id in quod tendit intellectus. hoc autem distat inter appetitũ ⁊ intellectũ: siue quãcũqz cognitionẽ: quia cognitio est ſm ꝙ cognitũ est in cognoscẽte. appetitus autez est ſm ꝙ appetens inclinatur in ipsam rem appetitam[e]: ⁊ sic terminus appetitus quod est bonum: est in re appetibili. 168 299 404 409

Sed terminus cognitionis quod est verū est in ipso intel/
lectu. sicut aūt bonū est in re inquātuz hz ordinē ad appeti
tum: ⁊ propter hoc rō bonitatis derivat̄ a re appetibili in
appetitū: fm q̄ appetitus dr̄ bonus: prout est boni: ita cū
vex sit in ītellectu fm q̄ ꝓformat̄ rei ītellect̄: necesse ē q̄
rō veri ab ītellectu ad rem intellectā derivet̄: vt res etiaz
intellecta vera dicat̄: fm q̄ hz aliquē ordinē ad intellectū.
107 res aūt intellecta ad ītellectū aliquē potest hr̄e ordinez̄ᶜ: vl
132 p se vel p accidēs. p se quidē hz ordinē ad intellectū a quo
dependet fm suū esse. p accidēs aūt ad intellectum a quo
cognoscibilis est: sicut si dicamus q̄ domus cōparatur ad
intellectū artificis per se. p accidēs aūt cōparatur ad intel/
lectū a quo nō dependet. iudiciū autē de re non sumit̄ fz
quod ineſt ei per accidēs: sed fz quod ineſt ei p se. vñ vna
quęq; res dicit̄ vera absolute fm ordinē ad intellectum a
quo depēdet: ⁊ inde est q̄ res artificiales dicunt̄ vere per
ordinē ad intellectū nostruz. Dicit̄ enīz domus vera que
assequit̄ similitudinē forme que est in mēte artificis: ⁊ dici
tur oro vera inquātū est signū intellectus veri. ⁊ similiter
res nāles dicunt̄ esse vere fm q̄ assequunt̄ similitudinez
spēruz que sunt in mēte diuina. dicit̄ enim verus lapis q
assequit̄ propriā lapidis naturā fm p̄cēptionez intelle
ctus diuini. Sic ergo vītas principal̄r est in ītellectu. secū/
dario vō in rebus fm q̄ cōparant̄ ad intellectū vt a prin/
cipiū: ⁊ fm hoc vītas diuersimode notificat̄. nam Aug. in
lib. de vera reli. dicit q̄ vītas est qua ostēditur id qō est. ⁊
Hillarius dicit q̄ verū est declaratiuū aut manifestatiuū
esse: ⁊ hoc ptinet ad vītatem fm q̄ est in ītellectu. Ad ve
ritatem aūt rei fm ordinē ad intellectum pertinet diffinitio
Aug. in li. de vā reli. talis. Ueritas est sūma similitudo p̄n
cipij: que sine vlla dissimilitudine est. ⁊ quedam diffinitio
Anſel. talis. Ueritas est rectitudo sola mēte perceptibilis.
nā rectum est qō p̄ncipio cōordat. ⁊ quedam diffinitio
Anice. talis. Ueritas vniuscuiusq; rei est ꝓpr̄ietas sui esse
qō stabilitū est ei. qō autē dicitur q̄ vītas ē adequatio rei
⁊ ītellectus: pōt ad vtrūq; pertinere. ¶Ad p̄m ergo dōz:
q̄ Aug. loquit̄ de vītate rei: ⁊ excludit a ratione huius ve
ritatis cōparationem ad ītellectuz nostrū. nam id qō est p
accidens ab vnaquaq; diffinitiōe excludit̄. ¶Ad 2m dōz:
q̄ antiqui pbi species rex naturalium nō dicebāt procede
re ab aliquo intellectu: sed eas pronenire a casu. ⁊ q: cōsi/
derabant q̄ verū importat cōparationem ad intellectuz.
cogebant̄ vītatem rex constituere in ordine ad intellectuz
nostrū: ex quo incōuenientia sequebant̄: que pbus prosequ
tur in. 4. metapß. que qdem incōuenientia nō accidunt. si
ponamus vītatem rerum cōsistere i comparatione ad in/
tellectum diuinū. ¶Ad 3m dōm: q̄ hz veritas intellectus
nostri a re causet̄. non tamē oz q̄ in re per prius inueniat̄
ratio vītatis: sicut nec in medicina per prius inuenitur ra
tio sanitatis q̄z in animali. virtus enim medicine nō sanitas
eius causat sanitatem: cū nō sit agens vniuocum. ⁊ simili/
ter esse rei non veritas eius causat vītatem intellectus. vñ
philosophus dicit: q̄ opinio ⁊ oratio vera est ex eo q̄ res
est non: ex eo quod res vera est.

¶Utruz veritas sit in intellectu componente ⁊ diuidēte.

Articulus. Secundus.

100 **Ad secundū** sic procedit̄. Uidetur q̄ vītas non sit solum in ītellectu compo
nente ⁊ diuidēte. Dicit. n. pbus in. 3. de aīa: q̄ sicut sensus
ꝓpriox sensibilium semper veri sunt: ita in ītellectus eius
q̄ quid est: sed cōpositio ⁊ diuisio nō est neq; i sensu neq;
in intellectu cognoscēte quod quid est. ergo vītas non solū
est in compositione ⁊ diuisione intellectus. ¶P̄. Isaac di
cit in lib. de diffinitionib⁹: Et vītas est adequatio rei ⁊ in
tellectus: sed sicut intellectus cōplexoruz potest adequa/
ri rebus: ita intellectus incōplexoruz ⁊ etiā sensus sentiēs
rem vt est. ergo vītas nō est solum in compositione ⁊ di/
uisione intellectus. ¶Sed cōtra est qō dicit philosophus
in. 6. metaph. q̄ circa simplicia ⁊ qō quid est: nō est vītas
nec in intellectu: neq; in rebus. ¶Rñ dōm: q̄ verus si/
cut dictū est fm sui primā rationem est in intellectu. cū au
99 tem oīs res sit va fm q̄ hz propriaz formā nature sue: ne
cesse est q̄ intellectus inquātum est cognoscens sit verus i
quantum hz similitudinem rei cognite que est forma eius
inquātum est cognoscēs: ⁊ propter hoc per cōformitatez
intellectus ⁊ vītas diffinit̄. vnde cōformitatem istā cogno
scere. est cognoscere vītatem. hāc autem nullo modo sen/ 108
sus cognoscit̄: hz enim vsus habeat similitudinē visibilis:
nō tamen cognoscit comparationē que est inter rem visaz
⁊ id quod ipse apprehēdit de ea. Intellectus autē confor/
mitatem sui ad rem itelligibilem cognoscere potest: hz tñ
nō apprehendit eam fm q̄ cognoscit de aliquo qō quid ē
sed qñ iudicat rem ita se habere sicut est forma de re quaz
apprehēdit. Tunc primo cognoscit ⁊ dicit verū. ⁊ hoc fa
cit componēdo ⁊ diuidēdo: nam in omni propositiōe ali/
quam formā significatam per p̄dicatuz vel applicat alicui
rei significate p subm: vel remouet ab ea. ⁊ ideo bene iue
nitur q̄ sensus ē verus de aliqua re vel intellectus cogno/
scēdo q̄ quid ē: sed nō q̄ cognoscat aut dicat verū: ⁊ simi
liter est de vocibus complexis aut incōplexis: vītas qdez
igitur potest esse in sensu vel in ītellectu cognoscēte qō qd
est. vt in quadā re vera: nō autē vt cognitum in cognoscēn
te: quod importat nomen veri: perfectio enim intellectus
est verum: vt cognitum: ⁊ ideo prop̄ie loquēdo veritas
est in intellectu componente ⁊ diuidente. non autez in sen
su: sed in intellectu cognoscēte: quod quid est. Et per hoc
patet solutio ad obiecta.

¶Utrū vex ⁊ ens conuertantur. Articulus. iij. 101

Ad tertium sic procedit̄. Uidet̄ q̄ verum ⁊ ens nō conuertunt̄. vex. n. est p
prie in ītellectu: vt dictū est. c. ens aūt prop̄ie est in rebus 99
ergo nō conuertūtur. ¶P̄. Id qō se extēdit ad ens ⁊ nō
ens nō conuertit̄ cuz ente: hz vex se extēdit ad ens ⁊ non
ens: nam vex est qō est esse: ⁊ qō non ē nō esse. ergo ve/
rum ⁊ ens nō conuertūtur. ¶P̄. Que se hñt fz prius ⁊ po
sterius nō videtur conuerti: hz vex videt̄ prius ee q̄z ens.
nā ens nō intelligitur nisi sub rōne veri. ergo videt̄ q̄ non
sint cōuertibilia. ¶Sed ꝑ est qō dicit pbs. 2. metaphy. q̄
eadē est dispositio rerum in ee ⁊ vītate. ¶Rñ dōm: q̄
sicut bonum hz rationē appetibilis: ita verum hz ordinez
ad cognitionē: vnumquodq; aūt inquātum hz de esse: in
tñ est cognoscibile: ⁊ propter hoc dicitur i. 3. de aīa. q̄ aīa
est quodāmodo oīa secūdum sensum ⁊ intellectū: ⁊ ideo 27
sicut bonū conuertit̄ cuz ente. ita ⁊ vex: sed tñ sicut bonū 25
addit rationē appetibilis supra ens: ita ⁊ vex per compa/
rationē ad intellectū. ¶Ad p̄m ergo dōz: q̄ verum ē in re 99
bus ⁊ in ītellectu: vt dictum est. verum enim qō est i re/
bus cōuertitur cū ente secūdum subiectū. Sz verum qō
est in intellectu cōuertitur cum ente: vt manifestatiuz cū 99
manifestato: hoc enim est de rōne veri: vt dictum est. q̄z
nis posset dici q̄ etiam ens est in rebus ⁊ in ītellectu: sicut
vex: hz verum p̄cipaliter in intellectu est. ens vō p̄nci/
paliter in rebus: ⁊ hoc accidit propter hoc q̄ verū ⁊ ens
differūt ratione. ¶Ad 2m dōm: q̄ nō ens non habet i se.
vnde cognoscatur: sed cognoscitur inquātuz intellectus sa
cit illud cognoscibile. vñ verum fundat̄ in ente inquantū
nō ens est quoddā ens rationis apprehēsum. s. a ratione.
¶¶Ad 3m dōm: q̄ cum dicitur q̄ ens nō potest appre
hendi sine ratione veri. hoc potest dupliciter itelligi. Uno
modo ita q̄ nō apprehendatur ens: nisi ratio veri assequa
tur apprehēsionem entis: ⁊ sic locutio hz vītatē. Alio mō
posset sic intelligi q̄ ens posset apprehēdi nisi apprehēde/
retur ratio veri: ⁊ hoc falsum est: hz verum nō potest ap/
prehēdi nisi apprehēdatur ratio entis: q: ens cadit in rōne
veri: ⁊ est simile: sicut si comparemus itelligibile ad ens.
nō. n. potest intelligi ens quin ens fit intelligibile. sed tñ po
test intelligi ens ita q̄ nō intelligatur eius intelligibilitas: ⁊
finaliter ens intellectum est verum: nō tamen intelligēdo
ens intelligitur verum.

¶Utrū bonū fm rōnē sit prius q̄z vex. Articulus. iiij. 102

Ad quartum sic pcedit̄. Uidet̄ q̄ bonū hz
rōnē sit pus q̄z vex. qō. n. est
vniuersalius fm rōnē pus est: vt pz ex primo phyſi. hz bo
nū est vlius q̄z verū. nā vex est quoddā bonū. s. itellect⁹:

ergo bonum prius est fm rationem q̃ verũ. ℂ P̃. Bonum est in rebus: verũ autem in cõpositione ⁊ diuisione
100 intellectus: vt dictũ estᶜ: sed ea q̃ sunt in re sunt priora his q̃ sunt in intellectu. ergo prius est fm rationem bonum q̃ verum. ℂ P̃. Veritas est q̃dam species virtutis: vt pz in. 4. ethi. ſz virtus cõtinetur sub bono. est. n. bona qualitas ĩmẽtis: vt dicit Aug. ergo bonũ est prius q̃ verum. ℂ Sed cõtra. quod est in pluribus est prius fm rationẽ. sed verũ est in quibusdam in quibus nõ est bonum. ſ. in mathematicis. ergo verum est prius q̃ bonum. ℂ Rñ. dõm: q ſz bonũ ⁊ verum suppositio conuertant cũ ente: tamẽ ratione differũt: ⁊ fm hoc verum absolute loquendo prius est q̃ bonum: quod ex duobus apparet. primo quidem ex hoc q verum proprie respicit ipm esse simpliciter ⁊ immediate: ratio aũt boni psequit̃ esse: fm q est aliquo modo pfectũ: sic enim appetibile estᶜ.
25 2° apparet ex hoc: q cognitio naturaliter precedit appetitum. vñ cum verum respiciat cognitionẽ: bonum aũt appetitum per prius erit verum q̃ bonum fm rationẽ. ℂ Ad primũ
8 ergo dõm: q volũtas ⁊ intellectus mutuo se includunt̃.
410 nã intellectus itelligit volũtatem ⁊ volũtas vult intellectũ intelligere. sic ergo inter illa q̃ ordinant̃ ad obiectũ volũtatis: continent̃ etiã ea que sunt itellectus ⁊ ecõuerso. vñ in ordine appetibiliũ bonũ se hz vt vniuersale: ⁊ verum vt particulare. in ordine aũt intelligibiliũ est econuerso. ex hoc ergo q verum est quoddaz bonũ: sequit̃ q bonũ fit prius i ordine appetibiliũ: non ãt q sit prius simplr. ℂ Ad 2ᵐ dõz:
26 q fm hoc ẽ aliqd prius rõne. qõ pz cadit in itellectuᶜ. intellectus aũt p prius apprehẽdit ipm ens ⁊ secũdario apprehendit se itelligere ens. ⁊ tertio apphẽdit se appetere ens. vñ primo est rõ entis. 2° rõ veri. 3° rõ boni: ſz bonũ sit in rebus. ℂ Ad 3ᵐ dõm: q virtus q̃ dicitur vitas: nõ est vitas cõis: sed quedã vitas pz quã homo in dictis ⁊ factis
107 oſtẽdit se vt est: veritas aũt vite dicit̃ particulariter: fm q
99 hõ in vita sua implet illud ad qõ ordinat̃ per intellectũ diuinũᶜ: sicut etiam dictum est veritatẽ esse in ceteris rebus. veritas autẽ iustitie est fm q homo seruat id qõ dz alteri fm ordinẽ legis. vñ ex his particularibus veritatibus nõ est procedendũ ad veritatẽ communem.

ℂ Utrum deus sit veritas. Articulus. v.

Ad quintũ sic procedit̃. Videtur q deus nõ
103 sit veritas. Veritas enim cõsistit in
100 compositione ⁊ diuisione intellectus: sed in deo nõ est compositio ⁊ diuisio. ergo non est ibi vitas. ℂ P̃. veritas fm Aug. in lib. de vera reli. est similitudo principij: sed dei nõ est similitudo ad principiũ. ergo in deo nõ est veritas. ℂ P̃. Quicqd dicit̃ de deo dicit̃ de eo: vt de prima causa oĩz: sicut esse dei est causa oĩs esse: ⁊ bonitas eius est causa oĩs boni. si ergo in deo sit vitas. ergo omne verum erit ab ipso: ſz aliquẽ peccare est verum. ergo hoc erit a deo: qõ pz esse falsum. ℂ Sed ℨ est qõ dicit̃ Johis in. 14. Ego sum via veritas ⁊ vita. ℂ Rñ. dõm: q sicut dictũ estᶜ: veritas intellectus fm q apprehẽdit rem vt est: ⁊ in re ſz q̃ tur in deo. nã esse suũ: non solũ est cõforme suo intellectui. sed etiã est ipm suum intelligereᶜ: ⁊ suũ intelligere est mẽ sura ⁊ causa oĩs alterius esse: ⁊ oĩs alterius intellectusᶜ: ⁊ ipse est suũ esse ⁊ intelligere. vñ sequitur q nõ solũ in ipso sit vitas: sed q ipse sit ipsa prima ⁊ sũma vitas. ℂ Ad pᵐ ergo dõm: q ſz in intellectu diuino nõ sit compositio ⁊ diuisio: tñ fm suam simplicem intelligẽtiam indicat de omnibus ⁊ cognoscit oĩa complexa: ⁊ sic in intellectu eius est veritas. ℂ Ad 2ᵐ dõm: q verum intellectus nostri ẽ fm q cõformatur suo principio: scilicet rebus a quibus cognitionem accipit: veritas etiam rerum est fm q conformat̃ suo principio. ſ. intellectui diuino: sed hoc proprie loquẽdo nõ potest dici in veritate diuina nisi forte fm q veritas appropriat̃ filio qui hz principiũ. Sed si de vitate essentiali ter dicta loquamur nõ potest intelligi: nisi resoluatur affirmatiua in negatiuam: sicut cũ dicitur: pater est a se: q: non est ab alio: ⁊ similiter dici pot̃ est similitudo principij: veritas diuina inquantũ esse suum nõ est suo intellectui dissimile. ℂ Ad 3ᵐ dõm: q nõ ens ⁊ priuationes nõ habent ex seipsis veritatẽ: sed solũ in apprehensione intellectusᶜ: oĩs aũt apprehẽsio intellectus a deo ẽ. vnde quicqd est veritatis in hoc q dico istũ fornicari ẽ verum: totum est a deo. Sed si arguat̃. ergo istũ fornicari est a deo. est fallacia accidẽtis.

ℂ Utrum sit vna sola veritas secundum quam omnia sunt vera. Articulus. vj.

Ad sextũ sic procedit̃. Videt̃ q vna sola sit veritas fm quam omnia sunt vera: quia 104
fm Aug. nihil est maius mẽte humana nisi deus: sed veritas est maior mente humana: alioquin mens iudicaret de veritate humana: nunc aũt omnia iudicat fm vitatem ⁊ nõ fm seipsam: ergo solus deus est vitas. ergo non ẽ alia veritas q̃ deus. ℂ P̃. Augu. dicit in lib. de veritate. q sicut tempus se habet ad tẽporalia: ita vitas ad res veras: sed vnũ est tempus omniũ temporaliũ. ergo vna est veritas qua oĩa vera sunt. ℂ Sed cõtra est qõ in ps. dicit̃ Diminute sunt veri. a fi. ho. ℂ Rñ. dõm: q quodãmodo vna est veritas qua oĩa sunt vera: ⁊ quodãmodo nõ. Ad cuius euidẽtiam sciendũ est: q q̃ aliquid predicat̃ vniuoce de multis: illud in quolibet eoz fm propriã rationez inuenitur: sicut aial ĩ quelibet spẽcie aialis: sed q̃ aliquid dr analogice de multis illud inuenit̃ fm propriã rationem in vno eoz tantum a quo alia denoiantur: sicut sanũ dicit̃ de aiali ⁊ vrina ⁊ medicina nõ q sanitas sit in aiali tantũ: sed a sanitate aialis denoiatur medicina sana: inquantũ est illius sanitatis effectiua: ⁊ vrina inquãtuz est illius sanitatis significatiua: ⁊ q̃uis sanitas nõ sit in medicina neq; in vrina: tñ in vtroq; est aliquid per qõ hoc quidẽ facit. Illud autez significat sanitatem. Dictũ est autezᶜ: q veritas q prius est 99
in intellectu ⁊ per posterius in rebus fm q ordinãtur ad intellectũ diuinum. Si ergo loquamur de veritate prout existit in intellectu fm propriã rationẽ sic in multis intellectibus creatis sunt multe veritates etiã in vno ⁊ eodẽ intellectu fm plura cognita. vñ dicit glo. super illud ps. Diminute sunt veritates a fi. ho. ⁊c. q sicut ab vna facie hois resultãt plures silitudines in specialis: sic ab vna veritate diuina resultãt plures veritates. Ui vo loquamur de vitate fm q est in rebus: sic oĩs sunt vere vna prima vitate cui vnũquodq; assimilat̃ fm suã entitatez: ⁊ sic ſz plures sint essentie vel forme rerũ: tamen vna est veritas diuini intellectus scdm quam oĩs res denominãtur vere. ℂ Ad p̃m ergo dõm: q aia non fm quãcũq; veritatez indicat de rebus oĩbus: sed fm veritatẽ primãᶜ: inquantuz resultat in 65 c
ea: sicut in speculo fm prima intelligibilia. vnde sequit̃ q veritas prima fit maior aia: ⁊ tñ etiaz veritas creata que ẽ in intellectu nostro est maior anima non simpliciter sed ſz quid: inquãtum est perfectio eius: sicut etiam scientia posset dici maior anima: sed verũ est q nihil subsistẽs est maius mente rationali: nisi deus. ℂ Ad 2ᵐ dõm: q dictum Augu. veritatem hz: fm q res dicuntur vere per cõparationem ad intellectum diuinum.

ℂ Utrũ veritas creata sit eterna. Articulus. vij.

Ad septimũ sic procedit̃. Videtur q veritas 105
creata sit eterna. Dicit. n. Aug. in lib. de libe. arbi. q nihil est magis eternum q̃ rõ circuli: ⁊ duo ⁊ tria esse q̃nq; sed hoꝝ veritas: veritas creata ẽ ergo veritas creata est eterna. ℂ P̃. Omne quod est semper est eternũ: sed vlia sunt vbiq; ⁊ semp. ergo sunt eterna: ergo etiã verũ quod est maxime vle. ℂ P̃. Id qõ est verũ: in pseti semp fuit vex esse futurum. sed sicut vitas ppõnis de psenti est veritas creata: ita vitas propõnis de futuro. ergo aliqua veritas creata ẽ eterna. ℂ P̃. Omne quod caret principio ⁊ fine est eternũ: sed veritas enũciabilium caret principio ⁊ fine: q: si veritas incepit cuz ante non esset: verũ erat vitatem non esse: ⁊ vbiq; aliqua veritate verũ erat: ⁊ sic veritas erat anteq̃ inciperet. ⁊ similiter si ponatur vitatem habere finem: sequitur q sit postq̃ desierit. verũ enim erit vitatem non esse. ergo veritas est eterna. ℂ Sed cõtra est q solus deus est eternus: vt supra habitum estᶜ. ℂ Rñ. dicendum: q vitas enunciabilium non est aliud q̃ veritas intellectus. enunciabile enim est in 46

intellectu: ⁊ est in voce. Sm aũt q̃ est in intellectu hz p se veritatẽ: sed sm q̃ ẽ in voce dicit verũ enũciabile sm q̃ significat aliquam veritatẽ intellectus: nõ propter aliquaz veritatem in enũciabili existẽtez: sicut in subiecto: sicut vna dicit sana: nõ a sanitate que in ipsa sit: sed a sanitate aialis quã significat. Similiter etiã supra dictũ est[c]: q̃ res de
99 noiantur vere a vitate intellectus. vñ si nullus intellectus esset eternus nulla vitas esset eterna: sed q: solus intellectus diuinus est eternus: in ipso solo vitas eternitatem ha
47 c bet[c]: nec propter hoc sequitur q̃ aliquid aliud sit eternuz q̃z deus: q: vitas intellectus diuini est ipse deus: vt supra
103 ostẽsum est[e]. ¶ Ad p̃m ergo dõz: q̃ ratio circuli ⁊ duo ⁊ tria esse quinqz: hñt eternitatem in mẽte diuina. ¶ Ad 2m dõm: q̃ aliquid esse semp ⁊ vbiqz põt itelligi dupliciter. Uno mõ q: hz in se vñ se extẽdat ad omne tempus: ⁊ ad oẽm locum. sic deo cõpetit esse vbiqz ⁊ semper. Aliomõ q: nõ habet ī se quo determinetur ad aliquẽ locum vel tẽpus: sicut mã prima dicit esse vna: nõ q: hz vnã formã: sicut hõ est vnus ab vnitate vnius forme: sed p remotionẽ oĩum formaz distinguẽtium: ⁊ per hũc modũ quodlibet vniuersale dicit esse vbiqz ⁊ semp inquãtum vlia abstrahuntur ab hic ⁊ nũc. sed ex hoc nõ sequit ea esse eterna: nisi in itellectu si quis sit eternus. ¶ Ad 3m dõm: q̃ illud qõ nũc est ex eo futuruz fuit anteq̃z esset: q: in cã sua erat: vt fieret: vñ sublata cã non esset futurum illud fieri. Sola aũt causa prima est eterna: vñ ex hoc nõ sequit q̃ ea que sunt semp fuerit verũ ea esse futura: nisi quatenus in causa sempiterna fuit vt essent futura: que qdẽ causa solus deus est. ¶ Ad 4m dõm: q̃ q: itellectus noster nõ est eternus nec vitas enunciabilũ: que a nobis formatur est eterna. sed qñqz incepit: ⁊ anteq̃z vitas esset: nõ erat verum dicere vitatem talem nõ esse nisi ab itellectu diuino: in quo solum vitas est eterna. sed nũc verum est dicere vitatem tũc nõ fuisse: quod quidez nõ est verũ: nisi vitate que nũc est in itellectu nostro: nõ aũt per aliquã vitatem ex parte rei: q: ista ẽ vitas de nõ ente: nõ ens aut nõ hz ex se vt sit verũ: sed solũmodo ex itellectu apprehendẽte ipsum. vñ in tãtum ẽ verum dicere vitatem: nõ fuisse inquãtum apprehendimus nõ esse ipsius: vt precedens esse eius.

¶ Utrũ vitas sit imutabilis. Articulus. viij.

106 **Ad octauum** sic pceditˑ. Uidetˑ q̃ vitas sit imutabilis. Dicit n. Aug. in li. de libe. arb. q̃ vitas nõ est equalis mẽti: q: esset mutabilis sicut ⁊ mẽs. ¶ Ꝑ. Id qõ remanet post oẽm mutationẽ est imutabile: sicut prima mã ẽ ingenita ⁊ incorruptibilis: q: remanet post oẽm generationẽ ⁊ corruptionẽ sed vitas remanet post oẽm mutationem: q: post oẽm mutationem verum ẽ dicere esse vel nõ esse. ergo vitas ẽ immutabilis. ¶ Ꝑ. Si vitas enũciationis mutat: maxime mutat ad mutationẽ rei: sed sic nõ mutatur. Vitas. n. sm Anselmũ: est rectitudo quedã inquãtum aligd implet id quod est de ipso in mẽte diuina: hec aũt propõ. sor. sedet: accipit a mẽte diuina: vt significet sortẽ sedere: quod significat etiã eo nõ sedente. ergo vitas propõnis nullo modo mutat. ¶ Ꝑ. Ubi ẽ eadem cã ⁊ idem effectus: sed eadẽ res ẽ causa vitatis harum triũ propositionũ. sor. sedet: sedebit: ⁊ sedit. ergo eadẽ est hax vitas. sed opz q̃ alteruz horz sit verũ. ergo vitas harũ propõnuz imutabiliter manet: ⁊ eadem rõne cuiuslibet alterius ꝓpositionis. ¶ Sz
Ꝑ est qõ dicit in psal. Diminute sũt veri a fi. ho. ¶ Rñ
reb⁹ a deo omnē defectū expellūt: ptinēt ad misericordiā.
Ad pm igit dōz: q obiectio illa procedit de misericor/
dia quātū ad passionis affectū. Ad 2m dōm: q de⁹ mi
sericorditer agit: nō qdē cōtra iusticiā suā faciēdo: sz aligd
supra iusticiam operādo: sicut si alicui debentur centū de/
narij: aligs dimittat ⁊ ducentos det de suo tñ nō ꝓ iusticiā
facit: sz liberaliter vel misericorditer operat. ⁊ sīr si aligs
offensam in se cōmissaz remittat. qui. n. aliqd remittit quo
dāmodo donat illud. vnde apls remissionē donationē vo
cat ephe. 5. Donate inuicem: sicut ⁊ xps vobis donauit
ex quo patet q misericordia non tollit iusticiam: sed ē que
dam iusticie plenitudo. vnde dicitur Jacobi. 2. q miseri/
cordia superexaltat iudicium.

Utrum in omnibus operibus dei sit misericordia ⁊ iu 134
sticia. Articulus. iiij.

Ad quartuz sic ꝓceditur. Uidet q. non in oībus
dei operibus sit misericordia ⁊
iusticia. Quedam. n. opera dei attribuuntur misericordie:
vt iustificatio impij. Quedam vero iusticie: vt dānatio ī/
piorū. vñ dr Ja. 2. Judiciū sine misericordia fiet ei: q non
fecerit misericordiam. non ergo in omni opere dei appa/
ret misericordia ⁊ iustitia. Sz cōtra. Apls ad Rom. 15. Cōuer
sionem iudeorum attribuit iustitie ⁊ veritati. conuersionē
autem gentiū misericordie. ergo nō in quolibet ope dei ē
iustitia ⁊ misericordia. Sz cōtra. Multi iusti in hoc mūdo af/
liguntur: hoc aūt ē iniustū. nō ergo in omni ope dñi ē iu/
sticia ⁊ misericordia. Sz cōtra. Justitie ē reddere debitū: mi/
sericordie aūt subleuare miseriā: ⁊ sic tā iustitia qs miseri/ 138
cordia aliqd ꝓsupponit in suo ope: sed creatio nihil ꝓsup/
ponit. ergo in creatione non ē neq misericordia neq iu/
stitia. Sz cōtra ē qō dī in ps. Oēs vie domini misericor
dia ⁊ veritas. Rñdeo dōm: q necesse est q in quolibet

ope dei miserico:dia ⁊ veritas inuēiaⁿ. si tñ miserico:dia p remotione vniuscuiusq; defectus accipiat: q̄ uis nō oīs defectus ꝓprie possit dici miseria: sed solum defectus rō/nalis nature: quā ꝓtingit eē felicem. nā miseria felicitati op ponit. huius autem necessitatis rō est: q: cū debitū qō ex diuina iustitia reddit fit vel debitum deo: vel ōbitum alicui creature: neutrū pōt in aliquo ope dei p:termitti. non c enim pōt facere aliqd deus qō nō sit cōueniēs sapientie ⁊ 151 bonitati ipsius fm quē modum diximus e aliqd esse ōbitum ō. fit etiā qcqd in rebus creatis facit fm ꝓueniētez ordinem ⁊ ꝓpositionez facit: in quo ꝓfitit rō iustitie: ⁊ sic opz in omni ope dñi esse iustitiā. opus autē diuine iustitie semp p:esupponit opus miserico:die: ⁊ in eo fundat creatura enim nō ōbet aliqd nisi ꝓpter aliqd in eo ꝓexistens: vel ꝓconsideratū: ⁊ rursus si aliō creature debeat: hoc erit ꝓpter aliquid p:ius: ⁊ cum non sit p:ocedere in infinitū oz ꝺuenire ad aliqd: qō ex sola bonitate diuine voluntatis dependeat: que est vltimus finis: vtpote si dicamus q hō/ 119 manus debitum est homini ꝓpter aiam rōnalē e aiam vo 151 c rōnalem hō ad hoc q sit hō: hoiem vo esse ꝓpter diuinā bonitatem: ⁊ sic in quolibet ope dñi apparet miserico:dia q̄tum ad p:imā radicē eius: cuius vtus saluat i oībus pñ tibus: ⁊ ēt vehemētius in eis opat: sic cā p:maria vehemē tius fuit q̄ causa scda: ⁊ pp hoc etiā ea q̄ alicui creature de benē deus ex abūdantia sue bonitatis largius dispensat q̄ exigat p:oportio rei. Minus enim est q sufficeret ad con seruandum o:dinem iustitie: q̄ q diuina bonitas confert: que omnem ꝓportionez creature excedit. ¶Ad p̄m ergo dom: q quedam opa attribuunt iustitie: ⁊ quedā miseri co:die: q: in quibusdam vehementius apparet iustitia: in quibusdam miserico:dia: ⁊ tamen in damnatōe rep:oborum apparet miserico:dia: nō qdez totaliter relaxans: sed aliqualit alleuians dum punit citra cōdignū: ⁊ in iustifica/ tione impij apparet iustitia duz culpas relaxat p:opter di/ lectionem: quā tñ ipse miserico:diter infudit: sic ō Mag/dalena legit luce. 7. ca. Dimissa sunt ei pcta multa: quoniā dilexit multū. ¶Ad scdm dom: q iustitia ⁊ miserico:dia dei apparet in cōuersiōe iudeoꝝ: que nō apparet i quer/ sione gētium: sicut q saluati sunt ꝓpter ꝓmissiones patrū factas. ¶Ad 3m dom: q in hoc ēt q iusti puniūtur in hoc mūdo apparet iustitia ⁊ miserico:dia: iquātū p hmōi affli ctiones aliqua leuia in eis purgant ⁊ ab affectu terreno:ū in deū magis erigūtur fm illud Greg. Mala q̄ i hoc mū do nos pmūt ad deū nos ire cōpellūt. ¶Ad quartū dōz: q̄ hz creatiōi nō ꝓsupponat aliqd in rerū natura: ꝓsuppōit tñ aliqd in dī cognitione: ⁊ fm hoc etiam saluat ibi rō iusti tie inq̄tū res in esse ꝓducit: fm q cōuenit diuine sapiētie ⁊ bonitati ⁊ saluat quodāmodo rō miserico:die inq̄m res ō nō esse in esse mutat.

¶De ꝓuidentia dī. Questio. xxij.

Onsideratis autē his q̄ ad volūtatē ab/ c solute ptinent: ꝓcedēdū est ad ea que re/ spiciunt simul intellectum ⁊ voluntatem: hmōi aūt est ꝓuidētia qdem respcū oīuz predestinatio vero ⁊ rep:obatō ⁊ que ad hec consequūtur respectu hoīum spāliter in o:dine ad eternam salutem: nam ⁊ post mo:ales virtu tes in scia mo:ali cōsiderat de p:udentia ad quam p:oui/ dentia ptinere videt. ¶Circa p:udētiam aūt dei querūt quatuor. p° vtrū deo cōueniat ꝓuidentia. 2°. vtruz oia diuine p:ouidentie subsint. 3°. vtrū diuina ꝓuidentia im mediate sit de oīb⁹. 4°. vtrū p:ouidentia diuina impōat necessitatem rebus p:ouisis.

¶Utrū p:onidētia deo cōueniat. Articulus. i.

Ad p:imum sic ꝓceditur. Videt q̄ ꝓuiden/ 155 tia deo nō cōueniat. ¶P:onidē/ tia enim fm tullū est pars p:udentie: p:udētia aūt cum sit bene cōsiliatiua fm pbm in. 6. ethi. deo ꝓpetere non pōt q nullū dubium hz vnde cōsiliari opo:teat: ergo ꝓuidētia deo nō cōpetit. ¶Ō. Quicqd est in deo est eternum: sed ꝓuidentia nō est aliqd eternum. est. n. circa existentia que non sunt eterna fm Dama. g° ꝓuidentia non est in deo. ¶Ō. Nullū compositum est in ōo: sed ꝓuidentia videt esse aliquid compositū: q: includit in se volūtatem ⁊ itelle ctū ergo ꝓuidētia nō est in deo. ¶Sed ꝓtra est qō dicit sap̄. 14. Tu aūt pater gubernas omnia ꝓuidētia. ¶Rñ° dicendū: q necesse est ponere ꝓuidentiam in deo. Omne enim bonum qō est in rebus a deo creatum est: vt sup:a ostensum est e. In rebus aūt inuenitur bonum non solum 34 quantum ad substantiam rerum: sed etiam quantum ad 116 o:dinem earum in finem: ⁊ p:ecipue in finem vltimū q ē 33 bonitas diuina: vt sup:a habitū est e. hoc igit bonum o:dis 134 in rebus creatis existens a deo creatū est. cum autem de⁹ 115 a sit causa rerū p suum intellectū: ⁊ sic cuiuslibet sui effectus opz rōnē in ipo ꝓexistere: vt ex sup:io:ib⁹ pz e: necesse ē q 119 ratio o:dinis rerū in finem in mēte diuina ꝓexistat. rō aūt o:dināto:ū in finem ꝓprie ꝓuidentia ē. Est enim p̄ncipal pars p:udētie ad quā alie due partes o:dinant. s. memo/ ria p:eteritoꝝ: ⁊ intelligētia p̄sentiū: put ex p:eteritis me/ moratis ⁊ p:esentib⁹ intellectis ꝓiecturamur de futuris p uidendis. ¶P:udentie aūt p:opriū est fm pbm in. 6. ethi. o:dinare alia in finem siue respectu ipsius: sicut dicitur ho mo p:udens qui bene o:dinat act⁹ suos ad finem vite sue siue respectu alioꝝ sibi subiectoꝝ in familia: vel ciuitate vel regno: fm quem modū dicit Mat̄h. 24. Fidelis seruus ⁊ p:udens quem cōstituit do. sup familiā suam: fz quē mo dum p:udētia vel ꝓuidentia deo cōuenire pōt. nam i ipo ōo nihil est in finem o:dinabile: cum ipe sit finis vltim⁹. ipsa igit rō o:dinis rerū in finem ꝓuidentia in deo nomiat. Uñ Boe. 4. ō consola. dicit: q p:ouidentia est ipsa diuina rō in summo oīum ꝓncipe ꝓstituta que cūcta disponit. Di spositio aūt pōt dici tam rō o:dinis rerum in finē q̄ rō o/ dinis partiū in toto. ¶Ad p̄m g° dom: q fm pbm in. 6. ethi. ¶P:udentia p:opie ē p̄ceptiua eoꝝ de qbus eubulia recte cōsiliat: ⁊ synesis recte iudicat. vnde licet consiliari nō cōpetat deo fm q ꝓsiliū est ingsitio ō rebus dubijs tamē p:ecipe de o:dināᵭis in finem: quoꝝ rectā rōnē hz: cōpe/ tit deo fz illud. p̄s. ¶P:eceptū posuit ⁊ nō p:eteribit. ⁊ fz hoc cōpetit deo ratio p:udētie ⁊ ꝓuidētie: q̄ uis etiaz dici possit: q ipsa rō rerū agēdarū ꝓsiliū in deo dicitur: nō p:o pter ingsitionē: sed ꝓpter rectitudinē cognitionis ad quaz consiliantes ingrendo peruenirent. vñ dicitur ephe. i. Qui opatur oīa fm cōsilium volūtatis sue. ¶Ad 2m dom: q a ad curā duo ptinent. s. rō o:dinis que dicitur ꝓuidentia: ⁊ 137 dispositio ⁊ executio o:dinis que dicit gubernatio: quoꝝz 505 ꝓmū est eternū: 2m tpale. ¶Ad 3m dicēdum: q ꝓuidētia est in ītellectu: sed p̄suppōit volūtatem finis nullus eni p̄ci pit de agendis pp finem: nisi velit finē. vñ p̄suppōit ⁊ p:u/ dētia vtutes mo:ales: p quas appetitus se hz ad bonum: vt dicit in. 6. ethi. ⁊ tñ si p:onidētia ex equali respiceret vo 15 luntatem ⁊ intellectum diuinū: hoc esset absq; detrimēto b d diuine simplicitatis cum voluntas ⁊ intellectus in deo sint 118 idem: vt sup:a dictum est e.

¶Utrū oīa sint subiecta diuine ꝓuidentie. Arti. ij.

Ad secundum sic p:ocedit. Videt q̄ non 56 oīa sint subiecta diuie ꝓui/ dētie. ¶Nullū. n. ꝓuisum est fo:tuitū. si ergo oīa sunt ꝓuisa a deo nihil erit fo:tuitū: ⁊ sic perit casus ⁊ fo:tuna qō est ō cōem opinionē. ¶Ō. Ois sapiens ꝓuiso: excludit defe ctum ⁊ malū q̄tū pōt ab his: quoꝝ curā gerit. videmus aūt multa mala in reb⁹ ee: aut igit deus nō pōt ea impedi re: ⁊ sic nō est oīpotens: aut nō de oībus curaz hz. ¶Ō. Que ex necessitate eueniūt ꝓuidentiā seu p:udētiam non reqrunt. vnde fm pbm in. 6. ethi. ¶P:udentia est recta rō ꝓtingētium: ō quibus est cōsiliū ⁊ electio. cū igit multa in rebus ex necessitate eueniāt: nō omnia ꝓuidentie subdun tur. ¶Ō. Quicūq; dimittitur sibi non subest p:onidentie alicuius gubernantis: sed hoīes sibiipsis dimittuntur a ō fm illud eccl. 15. Deus ab initio constituit hoīem ⁊ reli/ quit eum in manu ꝓsilij sui: ⁊ spāliter mali. fm illud. Dimi/ sit illos fm desideria co:dis eoꝝ. non igitur oīa diuine p:o uidentie subsunt. ¶Ō. Apls. i. co:. 9. dicit: q nō ē deo cu

ra de bobus. ⁊ eadē rōne de alijs creaturis irrōnalib⁹. nō igitur oīa subsunt diuine ꝓuidētie. ¶Sed ꝓtra est qđ dr sap̄. 8. de diuina sapīa: q̄ attingit a fine vsq; ad finem fortiter ⁊ dispo. oīa sua. ¶Rñ⁹ dōm: q̄ quidaz totaliter ꝓuidentiam negauerūt: sicut Democrit⁹ ⁊. Epicuri ponētes
251 mūdum factū esse casu[e]. Quidā vo posuerūt ico:ruptibilia tm̄ ꝓuidentie subiacere. co:ruptibilia vero non ꝓz indiuidua: sed solū fm̄ spēs. sic. n. ico:ruptibilia sunt: ex quorum ꝓsona dr Job. 22. ca. Nubes latibulū ei⁹: ⁊ circa cardines celi pambulat: neq; nr̄a ꝓsiderat. A co:ruptibilium autem generalitate excepit rabi moyses hoīes ꝓpter splē dorē intellectus qno participant. in alijs aūt indiuiduis corruptibilib⁹ alioꝝ opinionē est secut⁹. Sed necesse est dicere oīa diuine ꝓuidentie subiacere: nō in vlī tm̄: sed ēt in singulari: qđ sic ꝓz. Cū. n. oē agēs agat ꝓpter finē: tm̄ se extendit ordinatio effectuū in finē q̄tum se extēdit causalitas ꝑmi agentis. Ex hoc enī cōtingit in opibus alicui⁹ agentis aliqd ꝓuenire: nō ad finem ordinatū: q: effect⁹ ille consequtur ex aliqua alia causa ꝓter intētionē agentis. Causalitas aūt dei: qui est primū agens se extēdit vsq; ad oīa entia nō solum qnātū ad principia spēi: sed etiā q̄tum ad indiuidua/
90 lia ꝑncipia[e]: nō solū inco:ruptibiliū: ꝫ ēt co:ruptibiliū. vñ
287 neče est oīa que hñt quocūq; mō esse ordinata ēe a deo in
235 finem: fm̄ illud apl̄i ad ro. ij. Que a deo sunt ordinata sūt.
235 Cū ergo nihil aliud sit dei ꝓuidentia q̄ ratio ordinis rerū
135 in finem: vt dcm̄ est[e]: necesse est oīa inq̄tum participāt de
85 eē in tātum subdi diuine ꝓuidētie. silr̄ etiā supra ostēsū ē[e]:
88 q̄ de⁹ oīa cognoscit ⁊ vlia ⁊ particularia: ⁊ cum cognitio
90 eius compareť ad res sicut cognitio artis ad artificiata: vt
87 supra dictū est[e]: necesse est q̄ omnia supponātur suo ordi/
99 ni: sicut omnia artificiata subdunť ordini artis. ¶Ad ꝑmū
107 g⁹ dōm: q̄ aliter est de cā vlī ⁊ de cā particulari: ordinem
. n. cāe ꝑticularis aliqd pōt exire: nō aūt ordinem cāe vni/
120 uersalis[e]: non. n. subducit aliqd ab ordine cāe particularis
nisi per aliquam aliam cām particularem impediētē: sicut
lignum impedit a cōbustiōe per actionē aq̄. vnde cū oēs
cause particulares cōcludātur sub vniuersali cā: impossibile est aliquem effectū ordinem cāe vlis effugere. Inq̄tuz
igit aliquis effectus ordinem alicui⁹ cāe particularis effugit: dicitur esse causale vl fortuitū respectu cause particularis: sed respectu cāe vlis: a cui⁹ ordine subtrahi non potest
dicit esse ꝓuisum: sicut ⁊ cōcursus duoꝝ seruoꝝ: ꝫ sit
causalis quātum ad eos: est tm̄ ꝓuisus a domino qui eos
scienter sic ad vnum locum mittit: vt vnus de alio nesciat.
¶Ad 2m dōm: q̄ aliter de eo est qui hz curam alicuius
particularis ⁊ de ꝓuisore vniuersali: q: ꝓuisor particularis excludit defectum ab eo qđ eius cure subdit quātum
pōt: sed ꝓuisor vniuersalis permittit aliquē defectum in
1253 aliquo particulari accidere: ne impediat bonū tot⁹[e]. vnde
c co:ruptiones ⁊ defect⁹ in rebus nālibus dicuntur esse cōtra naturā particularē: sed tamen sunt de intētione nature
vniuersalis inq̄tum defect⁹ vni⁹ cedit in bonum alterius:
vel ēt totius vniuersi. nam co:ruptio vni⁹ est generatio alterius: per quā spēs ꝓseruat[e]. cū igit de⁹ sit vniuersalis ꝓuisor totius entis: ad ipsi⁹ prouidentiā pertinet: vt permittat
123 quosdam defectus eē in aligbus particularibus rebus: ne impediat bonum vniuersi perfectū. Si. n. oīa mala impedirent multa bona deessent vniuerso: non enim esset vita leonis: si non esset occisio asalium: nec esset patientia martyrum: si non esset persecutio tyramnoꝝ. vnde dicit Aug. in ench. Deus omnipotens nullo modo sineret malū aliqđ esse in operib⁹ suis nisi vsq; adeo eēt omnipotēs ⁊ bonus: vt bñ faceret ēt de malo: er duab⁹ autez rōnib⁹: quas nūc solum⁹ videnť moti fuisse q̄ diuine ꝓuidentie subtrahunt co:ruptibilia: in qbus inueniuntur casualia ⁊ mala.
¶Ad 3m dicēdum: q̄ homo nō est institutor nature: sed vtit in operib⁹ artis ⁊ virtutis ad suum vsum reb⁹ nālib⁹ vñ prouidētia humana nō se extendit ad necessaria que ex natura proueniūt: ad que tm̄ se extēdit prouidētia dei: qui ē acto: nāe: ⁊ ex hac rōne videntur moti fuisse: qui cursum rerū naturaliū subtraxerūt diuine ꝓuidentie attribuentes ipsum necessitati materie: vt Democrit⁹ ⁊ alij nāles antiqui. ¶Ad 4m dōm: q̄ in hoc qđ dicit: deum hoiez sibi
religisse nō excludit homo a diuina ꝓuidentia: sed ostēdit
q̄ nō ꝑhigitur ei virtus operatiua ꝺtermīata ad vnū: sicut 113
reb⁹ nālibus[e]: que agunt tm̄: quasi ab altero directe in finem: vt
nem. nō autem seipsa agunt: qua si se dirigētia in finem: vt
creature rōales per lib. arb. quo consiliātur ⁊ eligunt. vñ
signāter dicit. In manu consilij sui. Sed q: ipse actus lib.
arb. reducitur in deū sicut in causam: necesse est vt ea que
ex libero arbitrio fiunt diuine prouidētie subdātur. prouidentia enim hominis cōtinetur sub ꝓuidentia dei: sicut cā
particularis sub causa vniuersali hoīum autem iustorum:
quodam excellētiori modo de⁹ habet prouidētiā q̄z ipioz
inq̄tum nō permittit ꝓtra eos euēire aliquid: quod finalr
impediat salutē eoz. nam diligētibus deum oīa cooperāť
in bonū: vt dicit Ro. 8. sed ex hoc ipso q̄ impios nō retrahit a malo culpe. dicit eos dimittere: nō tamē ita q̄ totaliter ab eius prouidētia excludātur: aliogn̄ i nihilum decideret: nisi per eius prouidētiam cōseruarētur. Et ex hac rō
ne videť motus fuisse Tullius: qui res humanas: de gb⁹
cōsiliamur diuine prouidētie subtrahit. ¶Ad qntū dōm:
q̄ q: creatura rōnalis hz per lib. arb. dominium sui actus 124
vt dictum est[e] spāli quodāmodo subdit diuine ꝓuidētie: 126,
vt scilicet ei ꝓuteť aliqd ad culpaz vel ad meritū: ⁊ redda d
tur ei aliqd vt pena vel ꝑmium[e]: ⁊ q̄tum ad hoc curā dī 120
apo. ad bob⁹ remouit: non tamē ita q̄ idiuidua irrōnalia 54 b
creaturarum ad dei prouidentiam nō pertineant: vt rabi. 554
Moyses existimauit[e]. o
¶Utrū de⁹ immediate oīb⁹ prouideat. Articul⁹. iij. 137

Ad tertium

sic ꝓcedit. Videť q̄ de⁹ nō immediate oīb⁹ ꝓuideat. Quicqd
enim est dignitatis deo est attribuēdū: sed ad dignitatem
alicui⁹ regis pertinet q̄ habeat ministros: qbus mediāti/
bus subditis suis ꝓuideat. ergo multo magis deus: nō
immediate omnib⁹ ꝓuidet. ¶P̄. Ad prudentiam pertinet
res in finem ordinare. finis aūt cuiuslibet rei est eius perfectio ⁊ bonū. ad quālibet autē causam ꝑtinet effectū suum
producere ad bonū quelibet igit causa agēs est causa effect⁹
ꝓuidentie. si igit de⁹ oībus immediate prouidet: subtrahūntur oēs cause scde. ¶P̄. Aug. dicit in ench. q̄ melius est
quedā nescire q̄z scire vt vilia. ⁊ idem dicit ꝑbs in . ij. metа. sed omne qđ est meli⁹ deo ē attribuēdū. ergo de⁹ nō hz
immediate prouidētiam quoꝝdā viliū ⁊ minoꝝ. ¶Sz
ꝫ ē qđ dicit Job. 34. Quē ꝓstituit aliū sup terrā: aut quez
posuit sup orbem quē fabricat⁹ est: sup quo dicit Greg.
Mūdū per seipsum regit: quē per seipm ꝺdidit. ¶Rñ⁹ b
dōm: q̄ ad ꝓuidentiā duo ꝑtinēt. f. ratio ordinis rez ꝓuisa/ 135
rū in finē ⁊ executio hui⁹ ordinis q̄ gubernatio dr[e]. ¶Quā
tū igit ad primū hoz de⁹ immediate oīb⁹ ꝓuidet q̄ in suo intellectu hz rōnem oīum etiā minoꝝ[e]: ⁊ quasqūq; causas 505
aligb⁹ effectib⁹ prefecit dedit eis vtutē ad illos effectus producēdos. vñ oz q̄ ordinem illoꝝ effectuū in sua rōne prehabuerit. quātum aūt ad scdm̄ sunt aliqua media diuine
ꝓuidentie: q: inferiora gubernat p superiora: non propter ō
fectū sue vtutis: sed propter abūdantiam sue bonitatis: vt
dignitatem causalitatis etiaz creaturis cōicet: ⁊ fm̄ hoc excluditur opinio Platonis quā narrat Greg. Misennus tri
plicem ꝓuidentiam ponētis: quarū prima est summi dei q
primo ⁊ ꝑncipalr ꝓuidit reb⁹ spūalib⁹: ⁊ ꝑter toti mūdo
q̄tū ad genera: spēs: ⁊ cās vniuersales. Secūda vero prouidētia ē qua ꝓuideť singularib⁹ gñabiliū: ⁊ co:ruptibiliū:
⁊ hanc attribuit dijs: qui circuūt celos. i. substantijs separatis que mouent co:pa celestia circulr. Tertia vo ꝓuidētia ē rerū hūanarū quā attribuebat demōib⁹: quos platonici ponebant medios inter nos ⁊ deos: vt narrat Aug.
7. de ciui. dei. ¶Ad p̄m q⁹ dōm: q̄ hr̄e ministros executores sue ꝓuidētie ptinet ad dignitatē regis: sed q̄ nō habeat rōnem eoz: que p eos agēda sunt: est ex defectu ipi⁹ o
oīs. n. scia opatiua tāto pfectior est quāto magis particula
ria ꝓsiderat in qb⁹ est act⁹. ¶Ad 2m dōz: q̄ p hoc q̄ de⁹ hz immediate ꝓuidētiam ō reb⁹ oīb⁹ nō excludūt cause se/ q
cūde que sunt executrices hui⁹ ordinis: vt ex supradictis 122
p̄z[e]. ¶Ad 3m dōm: q̄ nobis meli⁹ est nō cognoscer mala

lib b q vlia inquātū p ea impedimur a ꝓsideratiõe aliquorum meliorū: q nõ possum⁹ simul multa intelligere q inquātuz cogitatio malor puertit interdū volūtatē in malū: sed hoc nõ hz locū in dō: q simul omnia vno intuitu videt: q cui⁹ volūtas ad malum flecti nõ põt.

¶Utrū ꝓuidētia reb⁹ ꝓuisis necessitatē ipõat. Arti. iiij.

158 **Ad quartuz** sic ꝓcedit. Videt q diuina ꝓuidētia necessitatem rebus ꝓuisis iponat. Dis.n. effectus q hz aliquā cām p se q iam ē pbs ꝓbat in.6. meta. sz ꝓuidētia dī cum sit eterna pexistit q ad eā segt effect⁹ dō necessitate. nō.n. põt divina ꝓuidentia frustrari. ergo ꝓuidētia divina necessitatē rebus ꝓuisis ponit. ¶Ꝑ. Unusqsq ꝓuisor stabilit opus suum inq̄tuz põt ne deficiat: sed deus ē summe potens. ergo necessitas firmitatem rebus a se prouisis tribuit. ¶Ꝑ. Boe. dicit. 4. dō cō. q fatum ab immobilib⁹ ꝓuidētie proficiscēs exor dijs actus fortunasq; hoium indissolubili causarum cõne xione astringit: videt ergo q prouidētia necessitatez reb⁹ prouisis imponat. ¶Sed contra ē qđ dicit Dio. 4. cap. dī. no. q corrumpe natura nõ ē divine ꝓuidētie: hoc ãt hz quarūdam rerū natura q sint cõtingētia: non igit divina prouidētia necessitatem in rebus imponit ꝓtingētiaz exclu dēs. ¶Rñ° dicēdum q prouidētia divina quibusdam re bus necessitatē imponit: nõ autē omnibus vt qdam credi derūt. Ad ꝓuidētiam enim ꝑtinet ordinare res in finem: r b 501 l43 e post bonitatē aūt divinam que ē finis a reb⁹ separat⁹ᵉ: ꝑn cipale bonum in ipsis rebus existens ē perfectio vniuersi: que quidē nõ esset si nõ omnes grad⁹ essendi innēctrētur in rebus⁵: vñ ad divinam prouidētiam ꝑtinet oēs gradus en tium ꝓducere: q ideo qbusdam effectib⁹ preparauit cau sas necessarias vt necessario euenirent: qbusdam vero cās contingētes vt euenirent cõtingēter secūdum conditionez b2 primarum causarum⁶. ¶Ad primū ergo dōz: q effect⁹ divine prouidentie nõ solum ē aliquid euenire quocumq; mõ. sed aliqd euenire vel contingenter vel necessario. q iõ euenire infallibiliter q necessario: q divina prouidētia di sponit euenit infallibiliter q necessario: q euenit contingen ter qđ divine prouidentie ratio habet: vt contingēter eueñi at. ¶Ad 2m dicēdum q in hoc ē immobilis q cert⁹ divine prouidentie ordo: q ea que ab ipso ꝓuident cūcta eueñūt eo modo quo ipse ꝓuidet siue necessario siue cõtingēter. ¶Ad 3m dicēdū: q idissolubilitas illa q imutabilitas quā Boe. tangit ꝑtinet ad certitudinē prouidētie q̄ non deficit a suo effectu neq; a mõ eueniēdi quem prouidit: nõ autez ꝑtinet ad necessitatē effectuū. Et ꝓsiderādū est q necessa rius q ꝓtingēs ꝓprie ꝓsequūtur ens inquantū hmõi. vnde modus ꝓtingētie q necessitatis cadit sub ꝓuisione dei q est vniuersalis ꝓuisor totius entis: non aūt sup prouisione ali quorū particularium prouisorum.

¶De predestinatione. Questio. xxiij.

1 b 2 a 6 **Ost consideratione** p diuine prouidentie agendum est de prę destinatione. ¶Et circa predestinationez querūtur. 8. ¶Primo vtrū deo conueniat predestinatio. 2°. quid sit predestinatio: q vtrū ponat aliquid in predestinato. 3°. vtrum deo competat reprobatio aliquorū hoium. 4°. de comparatione ꝑdestinatiõis ad electionē. vtrū. s. ꝑdesti nati eligant. 5°. vtrum merita sint causa vel ratio prede stinatiõis vel reprobationis aut electionis. 6°. de certitu dine ꝑdestinatiõis. vtrū. s. predestinati infallibiliter saluen tur. 7°. vtrū numerus ꝑdestinator sit cert⁹. 8°. vtruz ꝑdestinatio possit iuuari ꝑcib⁹ sanctor.

¶Utrū hoies ꝑdestinẽt a deo. Articul⁹. i.

59 **Ad primum** sic ꝓcedit. Videt q hoies non ꝑdestinẽtur a deo. Dicit.n. Da ma. in. 2. lib. Oportet cognoscere q oia quidē precogno scit deus: nõ autē omnia predeterminat. precognoscit enim ea que in nobis sunt. non autem predeterminat ea: sed me rita q demerita humana sunt in nobis inquātum sumus: nostrorum actuum dñi per lib. arb. Ea ergo que pertinẽt ad meritum vel demeritum nõ predestinãtur a deo: q sic hoium predestinatio tollit. ¶Ꝑ. Omnes creatur ordinã tur ad suos fines per diuinã ꝓuidẽtiã: vt supra dictū est⁶. 135 sed alie creature nõ dicũtur predestinari a deo. g° nec ho 136 mines. ¶Ꝑ. Angeli sunt capaces beatitudinis sicut q ho mines: sed angelis nõ competit ꝑdestinari: vt videt cum in eis nunquã fuerit miseria. ꝑdestinatio autem ē ꝓpositũ miserẽdi: vt dicit Aug. ergo hoies nõ ꝑdestinãtur. ¶Ꝑ. Beneficia hoib⁹ a deo collata p spũm sanctũ viris sanctis reuelant⁹ sm illud ap. ī. cor. 2. Nos aũt nõ spũm huius ac cipim⁹ mũdi: sed spũs q ex deo ē: vt sciam⁹ que a deo do nata sunt nobis: si ergo hoies ꝑdestinarentur a deo cũ pre destinatio sit dei beneficiũ: eẽt predestiatis nota sua prede stinatio: qđ ꝑz esse falsuz. ¶Sed ꝛa est qđ dicit Ro. 8. Quos predestinauit hos q vo. ¶Rñ° dōm: q ño cõue niens est hoies ꝑdestinare. oia enī divine ꝓuidẽtie subia cent: vt supra ostẽsum est⁶. Ad ꝓuidẽtiam aũt ptinet res ī 136 finem ordiare: vt dictũ ē⁶. finis autem ad quem res crea 138 tē ordinãtur a deo est duplex. vnus qui excedit proportio nem nature create: q facultatez: q hic finis est vita eterna que in divina visione consistit que est supra naturaz cuiusli bet creature: vt supra habitum est⁶. Alius autem finis est 58 nature create ꝓportiõatus: quem. s. res creata põt attinge 131 re sm vtutem sue nãe. Ad illud aũt ad qđ nõ põt aliquid vtute sue nãe pueire: opz q ab alio trãsmittat⁶: sicut sagit ta a sagittãte mittit ad signũ. vnde proprie loquẽdo rõnal creatura que est capax vite eterne pducitur in ipsaz: quasi a deo trãsmissa: cui⁹ quidẽ trãsmissiõis rõ. in deo pexistit si cut q in eo ē ratio ordinis omniũ in finẽ quã divin⁹ esse p uidentiam⁶. ¶Ratio aũt alicuius fiendi in mente actoris exi 351 stens est quedam preexistentia rei fiende in eo. vñ ratio p dicte trãsmissiõis creature rationalis in finez vite eterne p destinatio noiatur. nam destinare est mittere: q sic patet q ꝑdestinatio q̄tũ ad obiecta est quedam pars prouidentie. ¶Ad primũ ergo dõm: q Dama. noiat predeterminatõ nem impositionẽ necessitatis: sicut ē in reb⁹ nãlibus. q̄ sunt ꝑdeterminate ad vnũ: qđ⁹ꝑz ex eo qđ subdit. nõ enīz vult malitiam: neq; cõpellit virtutẽ: vñ ꝑdestinatio nõ excludi tur. ¶Ad scđm dõm: q creature irratiõales non sunt ca paces illius finis: qui facultatem humane nature excedit: vñ nõ proprie dicũtur predestinari: q si aliq̄ abusiue ꝑde stinatio nominet respectu cuiꝰ cuiq; alterius finis. ¶Ad 3m dõm: q predestinari cõuenit angelis: sicut q hoibus: lz nunq; fuerint miseri. nam motus nõ accipit spẽm a termi b no a quo: sed a termino ad quem⁶. nihil enim refert q̄tuz 238 ad rõnem dealbatiõis: vtrum ille qui dealbatur fuerit ni ger aũt pallidus vel rubeus. q similiter nihil refert ad rẽ nem predestinatiõis: vtrum aliquis predestinet⁶ in vitam eternam a statu miserie vel non: q̄uis dici possit q omnis collatio boni supra debitũ eius cui cõfert⁶ ad miseriã perti neat: vt supra dictum est⁶. ¶Ad 4m dõm: q etiaz si alig 135 bus ex speciali priuilegio sua predestinatio reueletur: non 134 tamen conuenit vt reueletur omnibus: q̄ sic illi qui nõ sũt predestinati desperarent q securitas in predestinatis negli gentiam pareret.

¶Utrū ꝑdestiatio aliqd ponat i ꝑdestiato. Arti. ij.

Ad secundum sic ꝓcedit. Videt q ꝑde 140 stinatio ponat aliqd in ꝑde stinato. Omnis enim actio ex se passiõem infert. Si ergo predestinatio actio est in deo opz q predestinatio passio sit in predestinatis. ¶Ꝑ. Orige. dicit super illõ. Ro. primo. Qui predestiat⁹ est tc. ꝑdestinatio est ei⁹ q ñ ē. sz distinatio ei⁹ ē q est. q Aug. dicit in lib. ō predestinatõe sctoꝝ. Quid est predestiatio nisi destinatio alicui⁹ existẽtis. ergo prede stinatio non est nisi alicuius existentis: q ita ponit aliquid in predestinato. ¶Ꝑ. Preparatio est aliquid in preparato: sed predestinatio est preparatio beneficiorum dei: vt dicit. Augu. in lib. de predestinatione sanctorum. ergo predestia tio est aliquid in predestinatis. ¶Ꝑ. Temporale nõ põit in diffinitione eterni: sed gratia qđ est aliqd tẽporale poni tur in diffinitione predestiationis. nã ꝑdestinatio dicit esse

preparatio gratie in presenti: ⁊ glorie in futuro ergo predestinatio non est aliquid eternum: ⁊ ita oportet ꝙ non sit in deo: sed in predestinatis. nam quicquid est in deo est eternum. ¶ Sed contra est quod Augu. dicit ꝙ predestinatō est prescientia beneficiorum dei: sed prescientia non est in prescitis: sed in presciente. ergo nec predestinatio est in predestinatis: sed in predestinante. ¶ Rñ° dicendum: ꝙ predestinatio non est aliquid in predestinatis: sed in predestinā
139 te tantum: dictum est enim [e] ꝙ predestinatio est quedam pars prouidentie: prouidentia autem non est in rebus prouisis: sed est quedaz ratio in intellectu prouisoris: vt supra
135 dictum est [e]: sed executio prouidentie que gubernatio dicitur: passiue qui est in gubernatis: actiue autem est in gubernante. vnde manifestum est ꝙ predestinatio ē quedaz ratio ordinis aliquorum in salutem eternam in mente diuina existens. Executio autem huiꝰ ordinis est passiue quidem in predestinatis: actiue autem est in deo. Est autem executio predestinationis vocatio ⁊ magnificatio secūduz illud apostoli ad romā .8. Quos predestinauit hos ⁊ vocauit hos magnificauit. ¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ actiones in exteriorem materiam transeuntes
276 inferunt ex se passionem vt calefactio ⁊ secatio [c] non autez actiones in agente manentes: vt sunt intelligere ⁊ velle: vt
113 a supra dictum est [c] ⁊ talis actio est predestinatio. vnde predestinatio non ponit aliquid in predestinato. sed executio eius que transit in exteriores res ponit in eis aliquem effectum. ¶ Ad scōm dicendum: ꝙ destinatio aliquando sumitur pro reali missione alicuius ad aliquem terminuz: ⁊ sic destinatio non est nisi eius qō est. alio modo sumit destinatio promissione quam aliquis mente concipit secūduz ꝙ dicimur destinare quod mente firmiter proponimus: ⁊ hoc secūdo modo dicit .2. macha. 6. ca. qō eleazarꝰ destinauit non admittere illicita propter vite amorem: ⁊ sic destinatio potest esse eius qō non est: tamen predestinatio ratione antecessionis quam importat pōt esse eius qō non est qualitercunqz eius destinatio sumat. ¶ Ad tertium dicendū: ꝙ duplex est preparatio quedam patientis vt patiatur. ⁊ hec preparatio est in preparato: quedam alia est agentis vt agat. ⁊ hec est in agente: ⁊ talis preparatio est predestinatio prout aliquod agens per intellectum dicit se preparare ad agendum inquātum preconcipit rationem operis fiendi: ⁊ sic deꝰ ab eterno preparauit predestinando concipiens ratiōem ordinis aliquorum in salutē. ¶ Ad quartum dicēdum: ꝙ gratia nō ponitur in diffinitiōe predestinatiōis quasi aliquid preexistens de essentia eius: sed
ꝛ inquātum predestinatio importat respectum ad gratiam: vt cause ad effectū ⁊ actꝰ ad obm: vñ nō seqtur ꝙ predestinatio sit aliqd temporale.

¶ Videt ꝙ deꝰ nullū hoiez reprobet. Articulꝰ. iij.

141 **Ad tertium** sic proceditur. Videt ꝙ deꝰ nullum hominem reprobet: nullus enim reprobat quem diligit: sed deus omnem hominem diligit sm illud sap. ii. Diligis omnia que sunt: ⁊ nihil odisti eoz̄ que fecisti. ergo deus nullum hominez reprobat. ¶ P̄. Si deus aliquem hominem reprobat opz ꝙ sic se habeat reprobatio ad reprobatos sicut predestinatio ad predestinatos: sed predestinatio est causa salutis predestinatorum: ergo reprobatio erit causa perditionis reprobozum: hoc autem est falsum: dicit .n. Osee. ix. ¶ Perditō tua israel ex te ē: tātūmodo ex me auxilium tuum: nō ergo deus aliquem reprobat. ¶ P̄. ¶ Nulli ōbet imputari qō vitari nō pōt: sed si deus aliquem reprobat: nō pōt vitare quin ipe pareat. dicit .n. Eccl. 7. Considera opera dei ꝙ nemo possit corrigere quem ipse despexerit: ergo nō esset hominiꝰ imputādum ꝙ peunt. hoc autem est falsum: nō ergo deꝰ aliquē reprobat. ¶ Sz cōtra est qō dicit Mala. i. Jacob dilexi. Esau aūt odio habui. ¶ Rñ° dōm: ꝙ deꝰ aliquos
159 reprobat. dictū .n. est [c] supra ꝙ predestinatio ē pars ꝓuidē
136 tie: ad prouidētiam aūt pertinet permittere aliquem defe
b ctum in rebꝰ que prouidētie subdūtur: vt supra dictum ē [e] vñ cum per diuinam prouidētiā hoies in vitam eternam ordinētur pertinet etiā ad diuinam ꝓuidētiam vt permittat aliquos ab isto fine deficere: ⁊ hoc dicit reprobare: sicut igit sicut predestinatio ē pars ꝓuidētie respectu eoz̄ qui diuini tus ordinātur i eternam salutem: ita reprobatio ē pars ꝓuidētie respectu illoz̄ qui ab hoc fine decidunt: vñ reprobatio nō nomiat prescitiam tātū: sed aliqd addit sm ratio
155 nem: sicut ⁊ ꝓuidētia: vt supra dictū ē [e]. sicut .ii. predestinatio includit volūtatem ꝓferēdi gram ⁊ gloriam: ita reproba tio includit volūtatem permittēdi aliquem cadere i culpaz ⁊ inferēdi damnatiōis pēam pro culpa. ¶ Ad primū ergo dicēdum ꝙ deus oēs hoies diligit: ⁊ etiam oēs creaturas iquātum oibus vult aliquod bonū: nō tñ qōcūqz bonum vult oibus: iquātum igitur qbusdam nō vult hoc bonum qō ē vita eterna: dicitur eos habere odio vel reprobare. ¶ Ad 2m ergo dōm: ꝙ aliter se habet reprobatio in casando qz̄ predestiatio: nam predestiatio ē causa: ⁊ eius qō expectat in futura vita a predestiatis. s. gl'ie: ⁊ eius qō petitur in ptiti. s. gratie. ¶ Reprobatō vero nō ē causa eius qō ē in presenti. s. culpe: sed ē causa derelictiōis a deo: ē tamen causa eius qō reddit in futuro. s. pene eterne. sed culpa ꝓ uenit ex libero arbitrio eius qui reprobat ⁊ a gratia deserit. ⁊ sm hoc verificat dictū prophete. s. perditio tua isr'.
¶ Ad tertiū dōm: ꝙ reprobatio dei nō subtrahit aliquid de potētia reprobati. vnde cum dicit ꝙ reprobatꝰ nō pōt gram adipisci: nō ē hoc intelligēdum secūdum impossibilitatem absolutam: sed sm impossibilitatē conditionatam: sicut supra dictū ē [e]: ꝙ predestinatum necesse ē saluari necessitate ꝓditiōata que nō tollit libertatem ar. vñ licet aliquis nō possit gratiam adipisci qui reprobat a deo: tamen ꝙ in hoc peccatū vel illud labat ex eiꝰ lib. arbi. ptigit: vñ ⁊ merito sibi imputat i culpam.

¶ Utrū ꝑdestinati eligāt a deo. Articulꝰ. iiij.

Ad quartum sic ꝓcedit. Videt ꝙ ꝑdestinati nō eligāt a deo: dicit enim Dio. 4. c. ō dī. no. ꝙ sicut sol corporibꝰ lumē imittit: ita ⁊ deus suam bōitatem [e]: sed bōitas diuina cōmūicat ꝓcipue aligbus sm participationez gratie ⁊ glorie. ergo deus absqz electione gratiam ⁊ gl'iaz cōmunicat: qō ad predestinatiōem pertinet. ¶ P̄. Electō ē eorum que sunt: sed ꝑdestinatio ab eterno ē etiā eoz̄ que nō sunt. ergo ꝑdestinātur aliqui absqz electiōe. ¶ P̄. Electio quādaz discretiōem importat: sed deꝰ vult oēs hoies saluos fieri: vt dr̄. i. tbi. 2. ergo ꝑdestinatio que ꝓordinat hoies in salutē ē absqz electiōe. ¶ Sed cōtra ē qō dicitur ephe. i. Eligit nos in ipso añ mūdi cōsti. ¶ Rñ°. dicēduz: ꝙ predestinatio sm ratiōem ꝓsuppōit electiōem: ⁊ electio dilectiōem: cuiꝰ ratio ē: qz̄ predestinatio vt dictū ē [e]. est
159 pars ꝓuidētie: prouidētia aūt sicut ⁊ ꝓudētia ē ratio in intellectu exīs perceptiua ordinatiōis aliquoz̄ in finem: vt supra dictū ē [e]: nō aūt percipit aliqd ordinādum in finem: nisi ꝓexistēte volūtate finis: vñ predestinatio aliquoz̄ in salutem eternā ꝓsuppōit sm ratiōem. ꝙ deus illoz̄ velit salutem: ad qō pertinet electio ⁊ dilectio: dilectio qdem in quātū vult eis hoc bonum salutis eterne: nam diligere est velle alicui bonū: vt supra dictum ē [e]: electio aūt iquātum hoc bonū aligbus ꝓ alijs vult cum quosdam reprobet: vt supra dictū ē [e]: electio aūt ⁊ dilectio aliter ordinat in nobis ⁊ in deo: eo ꝙ in nobis voluntas diligendo non causat bonum: sed ex bono ꝓexīte incitamur ad diligēdum [e]. ⁊ ideo eligimus aliquē quem diligamus: ⁊ sic electio dilectiōem precedit in nobis. In deo autem ē econuerso: nam volūtas eius qua vult bonum alicui diligēdo ē causa: ꝙ illud bonum ab eo ꝓ alijs habeatur. ⁊ sic patet ꝙ dilectio ꝑsupponitur electiōi sm ratiōem: ⁊ electio ꝑdestinatōi: vñ oēs ꝑdestinati sunt electi ⁊ dilecti. ¶ Ad primū ergo dōz: ꝙ si cōsideret cōicatio bonitatis diuine in cōi: absqz electione bonitatem suam cōmūicat inquātum. s. nihil ē quod nō
34 participet aliquid de bonitate eius vt supra dictum ē [e]: sed
128 si consideretur cōmūicatio istius vel illius boni non absqz electione tribuit: qz̄ quedam bona dat aliquibus: que nō dat alijs: ⁊ sic in collatōe gr̄e ⁊ glorie attēdit electio. ¶ Ad 2m dicēdum: ꝙ qñ voluntas eligētis ꝓuocat ad eligēdum a bono in re ꝓexistente. tūc oportet ꝙ electio sit eoruz̄ que

sunt sicut accidit in electione nostra: sed in deo est aliter:
128 vt dictum est[c]: & ideo sicut dicit Aug. Eliguntur a deo qui
a non sunt nec ꝑ tñ errat qui eligit. ¶ Ad tertiū dōz: ꝙ sicut
120 supra dictum est[c]: deꝰ vult omnes homines saluos fieri antecedenter: qđ nō est simpliciter velle: sed fm qđ: nō autē ꝓsequēter qđ est simpliciter velle.

¶ Utrū ꝑscia meritoꝝ sit cā ꝑdestinatōis. Articu. v.

143 **Ad quintum** sic ꝓcedit. Videt ꝙ ꝑscientia meritoꝝ sit causa ꝑdestinatōis dicit.n.apo.ℜo.8. Quos presciuit hos & predestinauit & glo.Ambro.super illud ℜo.9. Miserebor cui miserebor dicit nē. misericordiam illi dabo quem prescio toto corde reuersurū ad me. ergo videtur ꝙ prescientia meritorū sit causa predestinationis. ¶ Ꝑ. ℑPredestinatio diuina includit diuinam volūtatem que irrationabilis esse non potest cū predestinatio sit propositū miserendi. vt Augusti. dicit: sed nulla alia ratio potest esse predestinationis nisi prescientia meritorū: ergo prescientia meritorū est causa vel ratio predestinationis. ¶ Ꝑ. non est iniqtas apud deū: vt dicit ℜo.9. iniquū aūt esse videt: vt equalib⁹ inequalia denē. omnes aūt homines sūt eqles & secūdū nāz & secūdū peccatū originale. attendit aūt in eis inequalitas secūdū merita vel demerita propriox actuū. non igit inequlia preparat deꝰ hominib⁹ predestinando & reprobando: nisi propter differentiū meritoꝝ prescientiam. ¶ Sed cōtra est qđ dicit apo.ad Titū.3. ℑNon ex operib⁹ iustitie q̄ fe.nos: sed secūdū suam misericordiam sal.nos fecit: sic aūt saluos nos fecit: ita & predestinauit nos saluos fieri: non ergo prescientia meritorū est causa vel ratio predestinationis. ¶ ℜñ°
142 dicendū: ꝙ cū predestinatio includat volūtatem vt supra
119 dictū est[c]: sic inquirenda est ratio predestinationis sicut in grie ratio diuine volūtatis. dictū est aūt supra[c]: ꝙ non est assignare cām diuine volūtatis ex parte act⁹ volendi: sed potest assignari ratio ex parte volitorū inq̄tū. s. deꝰ vult eē aliqđ propter aliud. null⁹ ergo fuit ita insane mentis q dicere merita esse causam diuine predestinationis ex parte actus predestinatis. Sed hoc sub qōne vertit: vtrum ex parte effect⁹ predestinatio habet aliquam cām: & hoc est qrere vtrū deꝰ preordinauerit se daturū effectū predestinationis alicui propter merita aliqua. Fuerunt igitur qdaz
150 q dixerūt ꝙ effect⁹ predestinationis preordinat alicui pro
368 pter merita preexistentia in alia vita: & hec fuit positio Origenis q posuit animas humanas ab initio creatas: & secūdū diuersitatem suoꝝ operum diuersos stat⁹ eas sortiri in hoc mūdo corpoꝝ vnitas: sed hanc opinionem excludit apo.ℜo.9. dicens. Cum nondū nati fuissent: aut aliquid egissent boni vel mali: non ex operib⁹ sed ex vocante dictū est q: maior seruiet minori. Fuerūt ergo alij q dixerunt ꝙ merita preexistentia in hac vita sunt ratio & causa effectus predestinationis. posuerūt enim pelagiani ꝙ initium bene faciendi sit ex nobis: cōsummatio aūt a deo: & si ex hoc cōtingit ꝙ alicui dat predestinationis effect⁹ & non alteri. q: vn⁹ initiū dedit se preparando & non alius. ¶ Sed cōtra hoc est quod dicit apo.2.cor.3. ꝙ non sum⁹ sufficientes cogitare aliqd a nobis quasi ex nobis. nullū aūt interius principiū inueniri potest q̄ cogitatio: vnde non potest dici ꝙ aliqđ in nobis initiū existat qđ sit ratio effectus predestinationis. vnde fuerūt alij q dixerūt ꝙ merita sequentia predestinationis effectū sunt ratio predestinationis vt intelligatur ꝙ ideo deꝰ dat gratiam alicui: & preordinauit se ei daturū: q: presciuit eū bene vsurū gratia sicut si rex det alicui militi equū quem scit eo bene vsurū: sed isti videntur distinxisse inter id quod est ex gratia: & id qđ est ex lib.arbi. quasi non possit esse idem ex vtroq̄: manifestū est autem ꝙ id qđ est gratie est predestinationis effect⁹: & hoc nō potest poni vt ratio predestinationis. cū hoc sub predestinatione concludit. si igit aliqd aliud ex parte nostra sit ratio predestinationis: hoc erit preter effectū predestinationis: non est aūt distinctū quod est ex lib.arbi. & ex predestinatione: sicut nec est distinctum quod est ex causa secūda & cā
b prima diuina enim prouidentia producit effectus per ope
116 rationes cārum secūdarum. vt supra dictum est[c]: vnde & id qđ est per lib.arbi. est ex predestinatione. dicēdū est ergo ꝙ effectū predestinationis considerare possum⁹ dupliciter 137 138
vno modo in particulari: & sic nihil prohibet aliquem esse 122
cū predestinationis esse cām & rationem alteri⁹. posterio
rem qdem prioris fm rationem cause finalis: priorem ve
ro posterioris secūdū rationem cause meritorie que redu
cit ad dispositionem materie: sicut si dicam⁹ ꝙ deꝰ preordinauit se daturū alicui gloriam ex meritis & ꝙ preordinauit se daturum alicui gratiam vt mereret gloriam. Alio modo potest considerari predestinationis effect⁹ in cōmuni: & sic impossibile est ꝙ totus predestinationis effect⁹ in cōmūi habeat aliquam cām ex parte nostra. q: quicquid est in homine ordinans ipsum in salutem comprehendit: totū sub effectu ꝑdestinatōis: ēt ipsa ꝑparatio ad gr̄am: neq̄ enim hoc fit nisi ꝑ auxiliū diuinū[c]: fm illud tre.vlt. Cōuerte nos dñe ad te & cōuer. habet tamen hoc modo pre c
312 destinatio ex parte effect⁹ pro ratione diuinā volūtatez: ad quam totus effectus predestinationis ordinat vt in finem & ex qua procedit sicut ex principio primo mouēte. ¶ Ad primū ergo dicendū ꝙ vsus gr̄e presci⁹ non est ratio collationis gr̄e nisi fm ratōem cause finalis vt dictū ē. ¶ Ad o
secūdū dicendū ꝙ predestinatio habet rationem ex parte effectus in cōmūi ipsam diuinam bonitatem. In particulari aūt vnus effect⁹ ē ratio alteri⁹ vt dictū ē[c]. ¶ Ad tertiū o
dicendū: ꝙ ex ipsa bonitate diuina ratio sumi pōt predestinationis aliquoꝝ & reprobationis alioꝝ: sic enim deꝰ dicit omnia ꝓpter suā bonitatem fecisse: vt in rebus diuina bonitas repñtet. necesse ē autem ꝙ diuina bonitas que in se ē vna & simplex multiformiter repñtet in rebus[c]: ꝓpter 249
hoc ꝙ res create ad simplicitatē diuinaz attingere nō pñt: 250
& inde ē ꝙ ad completionez vniuersi regrūtur diuersi gra 138
dus rerum: quarum quedam altum & quedam infimum locum teneāt in vniuerso. Et vt multiformitas graduum conseruet in rebus deus permittit aliq̄ mala fieri ne multa bona impediantur vt supra dictum est[c]. Sic igitur con- b
sideremus totum genus humanum sicut totam rerū vni 136
uersitatem. voluit igit deꝰ in hominib⁹ q̄tum ad aliquos quos predestinat suam repr̄esentare bonitatez per modū misericordie parcendo: & q̄tum ad aliquos quos reprobat per modū iustitie puniendo: & hec ē ratio quare deus quosdam eligit & quosdam reprobat: & hanc cām assignat apo.ad ro.9. dicens. Volens deꝰ oñdere iram. i. vindictaz iustitie & notam facere potentiam suam sustinuit. i. permisit: in multa patientia vasa ire apta in interitum vt oñderet diuitias glorie sue in vasa misericordie q̄ preparauit in gloriam. & 2.thi.2. dicit. In magna domo non solū sunt vasa aurea & argentea: sed etiā lignea & fictilia: & quedam q̄dem in honorem quedam in contumeliaz. sed quare hos elegit in gl̄iam & illos reprobauit: non habet rationem nisi diuinam volūtatem: vnde & Aug. dicit sup Joan. Quare hūc trahat & illū non trahat: noli velle diiudicare si nō vis errare. sicut etiam in rebus nālibus pōt assignari ratio cuz prima materia tota vt vniformis in se: quāt vna pars el⁹ ē sub forma ignis: & alia sub forma terre a deo in principio condita: vt sic sit diuersitas spetierum in reb⁹ naturalib⁹. Sed quare hec pars materie est sub ista forma & illa sub alia dependet ex simplici diuina voluntate: sicut ex simplici voluntate artificis dependet ꝙ ille lapis est in ista parte parietis: & ille in alia: q̄uis ratio artis habeat ꝙ aliqui sint in hac & aliqui sint in illa: neq̄ tamen ꝓpter hoc ē iniquitas apud deum: si inequalia non inequalib⁹ preparat: hoc enim esset contra iustitie rationem. si predestinationis effectus ex debito redderetur: & nō daretur ex gratia. In his enim que ex gratia dantur pōt aliquis pro libito suo dare cui vult plus vel minus dum modo nulli subtrahat debitum absq̄ preiudicio iustitie: & hoc est quod dicit paterfa. Matth.20.ca. Tolle quod tuum est & vade: an non licet mihi qđ volo facere.

¶ Utrum predestinatio sit certa. Articul⁹. vi.

144 **Ad sextuz** sic procedit. Videt ꝙ predestinatio non sit certa. Quia super illō apoc. 3.c. Tene quod habes ne alius accipiat coronam t. dicit.

Aug. q'alius nō est accepturus nisi iste perdiderit: potest ergo ⁊ acqri ⁊ pdi cōrona q̄ ē p̄destiatiōis effect⁹. ñ ē igit̄ p̄destiatio certa. ¶ Ꝓ. ꝓposito possibili nullū segt̄ impossibile: possibile ē aūt aliquē p̄destinatū: ut ꝓPetrus peccare ⁊ tūc occidi. hoc aūt posito segtur p̄destiatōis effectū frustrari: hoc igit̄ nō ē impossibile: nō g⁹ ē predestiatio certa. ¶ Ꝓ. Quicqd de⁹ potuit pōt: ꝫ potuit nō p̄destiare quē p̄destinauit. ergo nūc pt nō p̄destiare. ergo p̄destinatio nō ē certa: ¶ Sed cōtra ē qđ dicitur super illud ℟o.8. Quos prescivit hos ⁊ p̄destinauit ⁊c. dicit glo. predestinatio ē prescientia ⁊ ꝓparatio beneficiorum dei qua certissime liberantur qcūq; liberantur. ¶ ℟ñ⁹ dicēdum q̄ predestinatio certissime ⁊ infallibiliter cōsequitur suum effectum: nec tñ imponit necessitatem: ut. s. effectus eius ex necessitate proveniat: dictum ē enim supra[c]: q̄ predestinatio ē pars prouidētie. Sed non omnia que prouidētie subdūt̄ necessaria sūt: sed quedā cōtingēter eueniūt sm conditionem causarum primarū: quas ad tales effectus diuina prouidentia ordinauit: ⁊ tñ ꝓuidentie ordo ē infallibilis: vt supra ostensum est[c]: sic igitur ⁊ ordo predestinationis ē certus: ⁊ tamen libertas arbitrij non tollitur: ex qua contingenter prouenit predestinationis effectus. ¶ Ad hoc etiam ꝓsiderāda sūt: que supra dicta sunt[c]: de diuina scientia: ⁊ ō diuina voluntate que contingentiā a rebus nō tollunt: licet certissima ⁊ ineffabilia sint. ¶ Ad primum ergo dōm: q̄ corona dicitur esse alicuius dupliciter. vno modo ex predestinatione diuina: ⁊ sic nullus coronam suam amittit: alio modo ex merito gratie: qō enim meremur quodāmodo nostrum ē: ⁊ sic suam coronam aliquis amittere pōt per peccatū mortale sequens: alius autem illam coronam amissam accipit inquātum loco eius subrogatur: non enim permittit deus aliquos cadere: quin alios erigat: sm illud Job. 34. Conteret multos ⁊ innumerabiles ⁊ stare faciet alios pro eis: sic enim in loco angelorum cadentium substituti sunt homines. in locum iudeorum gentiles: substitutus autem in statu gratie etiam quātum ad hoc coronam cadentis accepit: q̄ de bonis que alius fecit. in eterna vita gaudebit in q̄ vnusqsq; gaudebit de bonis tam a se quā ab alijs factis. ¶ Ad secūdū dicēdū q̄ licet sit possibile eū qui ē predestinat⁹ mori in peccato mortali sm se consideratū: tamē hoc ē incompossibile posito prout. s. ponimus eum esse p̄destinatum: vñ non sequitur q̄ predistinatio falli possit. ¶ Ad tertium dōm: q̄ cuz predestinatio includat diuinam voluntatem: sicut supra dictum est[c]: q̄ deum velle aliquid creatum est necessarium ex suppositione ꝓpter īmutabilitatē diuine bonitatis ⁊ voluntatis non absolute: ita dicendum est hic de predestinatione: vñ non oportet dicere q̄ deus possit non predestinare quem predestinauit in sensu compposito accipiendo: ꝫ absolute ꝓsiderādo deus possit p̄destinare vel non predestinare: sed ex hoc non tollit̄ p̄destiationis certitudo.

¶ Utrū numer⁹ p̄destinatoꝝ sit cert⁹. Articul⁹. vij.

Ad septimum

